ARS GRAMMATICÆ PRO LINGVA LVSITANA ADDISCENDA LATINO

Idiomate proponitur,

In hoc libello, velut in quadam academiola diuiſa in quinque claſſes, inſtructas ſubſelliis, recto ordine diſpertitis, vt ab omnibus tum domeſticis, tum exteris frequentari poſſint.

Ad finem ponitur Ortographia, ars rectè ſcribendi, vt ſicut prior docet rectè loqui, ita poſterior doceat rectè ſcribere linguam Luſitanam.

In gratiam Italorum coniugationibus Luſitanu Itala correſpondent.

Authore P. Doct. BENEDICTO PEREIRA, Societ. IESV, Portugallenſi Borbano, in Supremo Luſitaniæ S. Inquiſitionis Tribunali Cenſorio Qualificatore, & modò Romæ pro aſſiſtentia Luſitana Reviſore.

LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LXXII.

SVPERIORVM PERMISSV.

A D
M A R I A M
SEMPER VIRGINEM
DEI MATREM.

SI hactenus, ô Magna, & admirabilis Mater, mea opera tibi dicavi, & manifestum sensi patrocinium tuum, quo non sine communi omnium plausu fuere excepta: Hoc quantunvis pro materiæ tenuitate, & humilitate exiguum, tibi offerre nec dubito, nec erubesco. Imò ipsa operis tenuitas, & humilitas

me impellunt ad offerendum, ut nempè opus tenue, & humile tua fortitudo roboret, tua celsitudo sublimet.

Potißima, & generalis, qua impulsus fui ratione, ut meos tibi consecrarem Libros, fuit ipsamet communis librorum ratio, quæ tuum non tam poscebat, quam exigebat patrocinium. Sicut enim tuus Vnigenitus Deus, & homo Christus, liber ille vitæ Scriptus intus, & foris, Apocal. 5. *tibi fuit dicatus, & consecratus, ut à te in lucem ederetur, & pro omnium hominum doctrina, & salute evulgaretur: Ita mihi congruum, & necessarium visum est dicare, & consecrare tibi meos*

meos libros in lucem edendos, & evulgandos, ut ſub te feliciter nati, etiam feliciter adoleſcerent.

Quod ſi generalis hæc omnes complectitur, peculiaris in hoc tibi devovendo ratio eſt. Nam meus iſte liber nuncupatur Ars Grammaticæ *pro Luſitanorum lingua ab exteris nationibus addiſcenda. Quis tam hebes, & ſacrarum literarum imperitus, qui ignoret eſſe tuum Vnigenitum librum Grammaticæ, in quo continentur omnes characteres, ſeu grammata, quæ Grammaticam conſtituunt? Nonne dixit ille*, Ego ſum Alpha, & Omega, Apoc. 1. *ſe appellans primam, & ulti-*

mam literam intra quas omnes aliæ clauduntur ? Eſt igitur Chriſtus grammatum omnium rectè ordinatorum compoſitio , proindéque Ars Grammaticæ , in ſe ineffabilis , hominibus tamen per ſuam miſericordiam , & omnipotentiam communicabilis , ut illis doctrinæ , ac literarum elementa , virtutúmque omnium alimenta communicet.

Si igitur , ô magna Mater, hanc grammaticæ divinæ artem tuis viſceribus per novem menſes clauſam protexiſti , & poſtea in lucem editam tuo foviſti gremio , tuo nutriſti lacte , pro hominibus erudiendis , & in æternam ſalutem elevandis , cur non ſperem fore ut benignè exci-

pias,

pias, & protegas meam istam Grammaticæ Artem, quæ sub tuo nomine editur, ut quicunque velint Lusitanam linguam addiscere, poßint in omni vastissima Lusitanorum ditione inter barbaras, & incultas nationes Christianæ fidei esse propagatores.

Per istam igitur (ô B. Virgo) Lusitanam artem, si tibi accepta, & à te protecta fuerit, propagabitur gloria, & nomen tui Vnigeniti, qui quando sibi in regnum fide purum, & pietate dilectum constituit in Orichiensi agro Lusitaniam nostram, expreßis ac disertis verbis dixit nostro primo Regi Alphonso; Volo in te, & in semine tuo

 imperium

imperium mihi ſtabilire, ut portet nomen meum in exteras nationes.

Fave igitur, ô pia Mater arti Luſitanæ, ut per illam tui Unigeniti creſcat gloria, dilatetur fides, propagetur imperium. Vale.

Servus tuus inter omnes minimus,

BENEDICTUS PEREIRA.

AD

AD LECTOREM.

EN Candide Lector, qui olim juvenis nondum attingens trigesimum ætatis annum concinnavi Prosodiam, modò senex tribus jam annis excedens sexagesimum concinnavi Lusitanæ linguæ Grammaticam, quam tibi, si exter fueris, addiscendam, si domesticus, corrigendam offero.

Vis eadem quæ me ad aggrediendum prius opus, etiam ad hoc posterius impulit. Eo, quo semper exarsi meæ nationes amore dolebam vehementer quòd cum omnes ferè Europæ nationis habuerint dictionaria satis locupletia, sola natio Lusitana, quæ nulli sive literarum, sive armorum exercitiis secunda est, il-

lorum penuriâ laboraret, proindéque noltra lingua quæ ſanè vocabulorum opulentiſſima eſt, non ſine dedecore inops reputaretur.

Cùm verò in me patriæ amor, frigeſcente ætate non frigeat, ſed magis ac magis exardeſcat, hoc potiſſimum tempore, quo video Luſitaniam, poſtquam feliciter pugnavit, pace, quam libens conceſſit, quieſcere, haberéque commercium cum omni natione quæ ſub cœlo eſt, & Chriſtiano nomine gloriatur, vehementèr dolui carere Luſitanos arte, qua ſuam linguam exteris addiſcendam proponant.

Eſt enim perſpicuum in ſpiritualibus, & temporalibus ſperari maximum emolumentum ex facilitate addiſcendæ noſtræ linguæ, ut exteri, ſive mercatores ſuis opibus nos ditent, & noſtris ditentur, ſive concionatores pervadant uſque ad fines Orbis, ſeu Luſitani imperij, ubi nationes barbaras veris Evangelij divitiis locupletent.

Acceſſere repetitæ amicorum præ-

ces, quibus cum non acquiescerem, interposita fuit authoritas nostri admodum Reverendi Patris Generalis, cui dare manus necesse fuit.

Illud fateor in hoc qualicunque opere non solum magnam, sed præcipuam habere partem Doctorem Patrem Emmanuelem Ludovicum nostræ Societatis, qui eo, quo solet, ferventissimo zelo in omne Societatis nostræ, & Lusitaniæ totius eniti emolumentum, me juvit multis, & optimis documentis, quæ certè non abhorrent ab insigni sacris, & humanioribus literis Doctore.

Fateor ab hoc opere aggrediendo duo me inter se contraria deterruisse, nempè difficultatem, & facilitatem: Credo enim æquè difficile dare normas veras loquendi alicui nationi, ac est facilè arguere falsitatis illas quæ à vero deviant. Nam si peritissimi, etiam post multum laborem possunt in dandis normis errare: imperiti, imò & pueri septennes possunt linguæ maternæ errores deprehendere, & irridere.

Audendum tamen fuit, & patriæ ac boni communis amore depellendus omnis timor dedecoris. Illud monitum vellem Lectorem ſyncerum ac peritum, ut quæ intellexerit defuiſſe, addat: quæ judicet errata, corrigat, parcátque ſuo authori ſyncero, & innocuo. *Vale.*

EGO

EGo Antanus Gondisalvus, Provincialis Societatis IESV, in Provincia Lusitana, potestate ad id mihi facta à R. admodum P. nostro Ioanne Paulo Oliva, Præposito Generali ejusdem Societatis, facultatem concedo, ut Liber, qui inscribitur *Ars Grammatica pro lingua Lusitana addiscenda*, à P. Doctore BENEDICTO PEREYRA, ejusdem Societatis compositus, & gravium, Doctorúmque hominum judicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Vlyssipone quinto Iulij anni 1669.

ANTANVS GONDISALVVS.

AO AVTHOR DE FRANCISCO PEREYRA DA SYLVA

Cavalleyro do habito de Christo, seu sobrinho.

DECIMA.

TANTO vossa arte se esmalta,
Nesta que faz vosso engenho;
Que se a louvala me empenho,
Engenho, 'e arte me falta.
Nem pode a musa mays alta,
Com plectro de summa alteza,
Cantarvos com inteyreza:
Porque nam chega inda em parte
Louvar a Portugueza arte
A vossa Arte Portugueza.

CLASSIS

CLASSIS I.

De nominibus, & eorum declinationibus.

SVBSELLIVM I.

Exponuntur literæ, ipsarum natura, & pronunciatio.

CVM literarum figuræ, quas Græci characteres, Latini notas vocant, sint elementa, ex quibus partes orationis, ac nomina præcipuè coalescunt: Deinde litera apud Græcos sit *Gramma*, à qua deriuatur Grammatica, quam in obsequium addiscentium Lusitanam linguam tradere intendimus, è re visum est à literarum natura; & pronunciatione Lusitanam Grammaticam auspicari. 1 Literarum natura, & pronũciatio.

Literæ apud Latinos tres & viginti recensentur: A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z. Latini à Græcis tres acceperunt mutuas; Kapa, Ypsilon, Zeta: Lusitani ex his tribus duas tantum, Ypsilon, & Zeta: habemus tamen (vt notavi in mea Orthographia) peculiarem Ypsilon, quam literam nec Græci, nec Latini agnoverunt, vtpote natura diversam, quamvis figura eandem. Est hæc litera vocalis imperfecta non sufficiens ad syllabam faciendam; quam proinde solùm facit adiuncta reliquis vocalibus, v. g. *ay, ey, iy, oy, uy.*

Illud animadversione dignum puto, traditum literarum numerum augendum esse duplici litera, quam videntur authores vsque adhuc ignorasse, vel confudisse. Hactenus enim *i*, & *u*, computabantur duæ literæ, ita vt aliquando munus vocalis, aliquando munus con-

ſonantis obirent. At certiſſimum eſt (vt oſtendi in mea Orthographia *p.3.Reg.2.*) quatuor eſſe has literas, vtpote diverſæ omnino eſſentiæ, & naturæ, proindeque ſignandas diuerſo charactere, ſcilicet in hunc modum: *i* vocalem, *j* conſonantem: *u* vocalem, *v* conſonantem: & ſic omnes literas eſſe viginti quinque.

2 Literæ omnes dividuntur in vocales, & conſonantes. Vocales ſunt ſex A, E, I, O, u. Ypſilon, & appellantur vocales, quia habent vocem, cum ſeorſim ac per ſe ſonare poſſint. Conſonantes ſunt reliquæ, & ſic dicuntur, quòd vocalibus junctæ ſimùl ſonent. Hæ rurſus partiuntur in mutas, & ſemivocales. Mutæ ſunt octo B. C. D. G. K. P. Q. T. & ſic appellantur, quia nullam vocem habent, ſeu nullum omnino ſonum edunt. Semiuocales itidem octo ſunt, F. L. M. N. R. S. X. Z. & ſic dicuntur, quia aliqualiter ſonant.

Ex ſemivocalibus quatuor ſunt liquidæ L. M. N. R. duæ ſunt duplices X, & Z. quia vnaquæque duplicis conſonantis vim habet. Sitnè *H* litera, an ſolius aſpirationis nota, valde controuerſum, ac dubium eſt: apud Luſitanos eſt verè litera, vt infra dicemus. Litera *i* poſita inter duas vocales habet vim duplicis conſonantis. Vnde veteres duplicabant ij Maijor, Aijo, Maija. Loquor de littera *i* apud Latinos: quia apud Luſitanos non ſcribitur *i* inter duas vocales, ſed y.v.g. *Mayo Mayor.*

3 *Pronunciatio Luſitanorum.* Quod attinet ad pronunciationem, antequam pronunciandis ſingulis characteribus forma præſcribatur, illud omnes vellem monitos, eam cenſeri optimam pronunciationem, in qua omnes ac ſinguli cujuſcunque dictionis characteres exprimuntur. Vnde quia natura abhorret à ſuperfluis, nihil omninò ſcribendum eſt, quod aliqua ratione pronunciari non poſſit: & hoc præcipuè inter Luſitanos, quorum Orthographia tunc verè recta quando pronunciationi adæquatur. Ex hoc obſervari debet nullam Luſitanæ linguæ dictionem terminari litera muta, vtpote reddendi ſonum incapaci. Quia Luſitani pleno ore ſonantes appetunt ſermonem virilem, vt ſicut in gerendo, ita etiam in loquendo maſculi videantur.

Vt singularum literarum pronunciatio rectè fiat, notari debent quæ sequuntur. Prima litera *A.* pronunciatur aperto ore, vt in hac dictione *aqua*, Latinè *aqua*.

Litera *B* pronunciatur apertis leniter labiis in medio, sicut in hac voce *bom, bonus*.

Litera *C* ante vocales a, o, u, pronunciatur applicando medium linguæ prope medium palati: vt in vocibus *Casa, cova*, *curral*, Latinè *domus*, *spelunca*, *caula*. Ante *e*, *i* pronunciatur ac si haberet plicam, vt in verbis *cessar, cingir*, cessare, cingere. Quando verò habet plicam in hunc modum, ç, pronunciatur anteriori extremitate linguæ positæ inter dentes, ita vt inter illam, & illos emittatur aliqualis spiritus: sicut in hac voce *abraçar*, amplecti.

Litera *D* pronunciatur parte anteriori, & graciliori linguæ in dentibus superioribus, linguam applicatam avertendo ab illis haustim, spiritu tamen blandè emisso: si enim fortiter emittatur, conuertetur in sonum literæ *t*. *D*. igitur sic pronunciabitur in voce *defender*, *defendere*.

Litera *E* pronunciatur aperto ore, sed minùs quàm aperitur ad literam *A*, coarctando viam spiritus, & incrassando parum linguam iuxta palatum altius: sicut in verbo *Estar*, stare.

Litera *F* pronunciatur dentibus superioribus applicatis ad partem interiorem labri inferioris, ita vt spiritus exire queat: vt in vocibus *Fè*, fides, *Fome*, fames.

Litera *G*. pronunciatur interiori parte oris, avertendo linguæ radicem subitò & haustim. Verùm ante *e*, *i* pronunciatur media parte linguæ inclinatæ ad initium palati, & huic non adhærentis, nisi dentibus, ita vt spiritus emitti possit: vt in hac voce *Regedor*, rector, & in hac *Regiam*, Regio.

H in lingua Latina, & quibusdam aliis est tantùm aspiratio: verùm in lingua Lusitana, quando scribitur post *c. n. l.* in his particulis *cha, che, chi, cho, chu*: *nha, nhe, nhi, nho, nhu*, : *lha, lhe, lhi, lho, lhu*, est in rigore litera, & pronunciatur cuspide linguæ ad medium palatum applicata, & haustim auersa.

Litera *i*, quæ vocalis eſt, pronunciatur aperto ore, ſed minùs aperto quàm ad pronunciandum E, plus applicando linguam ad palatum, vt coarctetur via ſpiritus, vt in his vocibus, *vi*, *li*, *ri*, vidi, legi, riſi,

Litera *j*, quæ conſonans eſt, pronunciatur inſtar literæ G, poſitæ ante *e*, *i*, ipſa verò nunquam ponitur ante *i*, ſed ſemper ante *a*, *e*, *o*, *u*. ſicut in vocibus *ianella*, *Ieſus*, *Iogo*, *Iuiz*, feneſtra, Ieſus, ludus, iudex.

Litera *L*, in lingua Luſitana (non ſic in Caſtellana) ſive ſcribatur ſimplex, ſiue duplex, ſemper pronunciatur eodem modo, nempe anteriori parte linguæ applicata ad palatum, iuxta dentes ſuperiores: vt in vocibus *lado*, *ladram*, *ladeyra*, latus, latro, acclivitas.

M, litera pronunciatur aperiendo celeriter labia conſtricta, vt in his vocibus *Macho*, *moucho*, *mudo*, maſculus, otus, mutus

Litera *N*, pronunciatur extremitate linguæ applicatæ ad initium palati, illam conſtringendo ſubito & ſolutim: ſicut in his vocibus *naçam*, *nome*, *nuuem*: natio, nomen, nubes.

Litera O, pronunciatur aperto ore, & labiis aliquantulum extenſis in forma rotunda, ſicut quando dicimus *Ovo*, ovum.

Litera *P*, pronunciatur labia conſtricta ſubito aperiendo: ſed maiori ſpiritu, quàm ad pronunciandam literam *B*. vt in his, *palaura*, *pedir*, *punhal*: verbum, petere, pugio.

Litera Q pronunciatur applicando quaſi medietatem linguæ ad medietatem palati, ſicut in litera *C*. vt in his, *como quer que*, cum. Eſt autem Q litera imperfecta. Quia abſque juvamine *u* nihil valet.

Litera R, pronunciatur vibrando partem anteriorem & graciliorem linguæ in ſummitate palati, ſpiritu gracili, ac forti: ſed fortiori, quando duplicatur litera *rr*, vt in his *fora*, *terra*, *rio*. Foras, terra, rivus.

Litera S, pronunciatur cuſpide linguæ modicè applicata ad palatum iuxta dentes altiores, ita vt exeat anhelitus, ſicut in hac voce *caſa*, domus.

Litera *T*, pronunciatur ſicut *D*, avertendo linguam ſubitò à dentibus, ſed majori vi, quàm ad literam *D*, vt

in

in his *trazer*, *tolher*, *tussir* : afferre, vetare, tussire.

Litera *u*, quæ vocalis est, pronunciatur aperto ore, & labiis magis protensis quàm ad pronunciandam literam O, sicut in his *fugir*, *furor* : fugere furor.

Litera *V*, Basi acuta, quæ consonans est, pronunciatur instar F, disiungendo dentes altos à labio inferiori, cum antea labio illi sint adeo impressi, vt nullus exeat halitus antequam aperiatur os : sicut in his *vazio, vou, vir*: vacuum, vado, venire.

Litera X, pronunciatur medietate linguæ non adhærentis palato, sed ita applicatæ illi, quasi in modum canalis, vt detur via ad egrediendum, anhelitui, quo formatur, vt in his *queyxada*, *queyxume*, *queyxarse*: maxilla, querela, queri. 7

Y litera Græca eodem modo pronunciatur quo *i*, vocalis, ut in hac voce *Syllaba*: nostrum Y Lusitanum cum sit imperfecta vocalis illi parum dissimilis, blandiùs, seu potiùs debiliùs pronunciatur, vt in his vocibus *Pay*, *Ley*, Pater, lex.

Litera Z, instar ç formatur applicata parte anteriori linguæ ad dentes, non tamen ita propè sicut ad formandum ç, sed dato spatio, ut egrediatur spiritus attenuatus & fortis cum aliquo stridore, ac veluti bombilatione : sicut in his *Zimbro*, *Zonir*, *Zurzir* : Iuniperus, stridere, fustigare.

SVBSELLIVM II.

Quæ sit nominis natura, & multiplicitas?

QVamuis nomen largè acceptum cum vocabulo coincidat; si tamen strictè accipiatur, est pars orationis, quæ casus, numerum, & genus habet, neque tempora adsignificat. Sub hac ratione, seu natura multiplicitatem vendicat, quæ in lingua Lusitana, sicut in Latina, & Græca, sub generali divisione nominis in substantivum & adjectivum, continetur. 8 Nomen quid sit & quotuplex.

Nomen substantivum, seu fixum, est quod in oratio- Substant.

unum nomen. ne per se, & absque adjectivi consortio & iuvamine stare potest, vt *Pedro, pedra, pao, templo, casa* : v.g. *Pedro vive* Petrus viuit : *A pedra fere* : lapis ferit, *O pao cresce* : lignum crescit : *o templo orna à Cidade* : Templum ornat ciuitatem : *A casa agasalha o homem* : domus excipit, seu hospitatur hominem.

9 Adiectiuum nomen. Nomen adiectiuum ex opposito tum apud Latinos, tum apud Lusitanos, est illud quod in oratione per se esse nequit absque juvamine substantivi, vt patet exemplis: *Pedro he douto* : Petrus est doctus : *A pedra he dura* ; lapis est durus: *O pao he roliço* : lignum est teres: *O templo he fermoso* : templum est pulchrum. In quibus satis apparet nullum ex dictis adiectiuis, scilicet *douto, dura, roliço, fermoso*, posse absque substantivo subsistere, ita vt reddat sensum.

10 Proprium nomen. Substantivum nomen dividitur in proprium & appellativum. Nomen proprium apud Lusitanos est illud quod in numero singulari rem certam ac determinatam significat, vt Petrus, Antonius, Roma, Olyssipo, Lusitania, Italia, Tagus, Nilus. Dixi (apud Lusitanos) & adjeci (in numero singulari) quia nomina propria Lusitanorum habent numerum pluralem; dicimus enim *Pedros, Romas, Italias*. Hoc autem videtur abhorrere à Latinis, qui quando volunt significare multos Petros, vtuntur circumloquio, & dicunt, Multi qui vocantur hoc nomine Petrus.

11 Appellatiuum nomen. Nomen appellativum est illud quod significat rem incertam, & communem, quale apud Lusitanos *arvore, pedra, cabeça, monte, regno* : apud Latinos arbor, lapis, caput, mons, regnum. Quia vnumquodque ex dictis sua significatione comprehendit res varias & diversas, v.g. arbor varias, & diversas arbores, lapis varios & diversos lapides, & sic de reliquis. Ad appellativum nomen spectant collectiva quæ numero singulari multitudinem significant, vt *povo, multidam, gente, exercito* : populus, turba, gens, exercitus.

Adiectivum nomen. Adjectiva nomina Lusitanorum quædam habent vnicam formam, quæ inservit omni generi, v.g. *grande, leve, breve, forte, mayor, menor* : grandis levis, brevis, fortis, major, minor. Dicitur enim *boy grande, vaca grande*

grande, pai leve, laã leue, tempo breve, manhaã breve cauallo forte, equa forte homem mayor ou menor, molher mayor ou menor. Non sic apud Latinos: quia prædicta adjectiva habent duas formas, nempe grandis & grande, brevis & breve, levis & leve, fortis & forte.

Quædam alia adjectiva Lusitanorum habent duas formas: v. g. in his adjectivis, *fermoso e fermosa: alto e alta: pequeno e pequena: altissimo e altissima.* Pulcher pulchra: altus alta: parvus parva, altissimus altissima. Prior forma inservit substantivis generis masculini, & si quæ sint generis neutrius: posterior inservit substantivis generis fœminini. Nullum in lingua Lusitana datur adjectivum formæ triplicis, sicut datur in Latina. Nomen adjectivum apud Lusitanos innotescit vel ex substantivo, cum quo cohæret, v. g. *fermosa ave: feyo monstro*: pulchra avis, fœdum monstrum: vel ex hac voce *cousa*, quæ illud antecedit: v. g. *Nam ha cousa mays dura, que o diamante*: nihil durius adamante.

Quod attinet ad multiplicitatem, nomen adjectivum dividitur in interrogativum, relativum, possessivum, patrium, gentilitium numerale, positivum, comparativum, & superlativum. Mitto primitivum, radicale, derivativum, derivatum, & nonnullas alias species minùs necessarias. Explico assignatas. 12 Adjectiuum multiplex.

Interrogativum est illud quo de re aliqua inquirimus, v. g. *Quem? qual de nós, ou de vós? quanto? quantos? qual?* Quis? vter? quantum? quot? qualis? Nomen relativum est quod in memoriam revocat nomen substantivum antecedens: & apud Lusitanos aliquando explicatur per vocem *que* & in memoriam reducit substantivum singularis aut pluralis numeri, generis masculini aut fœminini: v. g. *O homem que peccou: A molher que peccou. Os homens que peccàram: As molheres que peccàram.* Homo qui peccavit: Mulier quæ peccavit: Homines qui peccaverunt: Mulieres quæ peccaverunt. Aliquando explicatur per has voces: *o qual, a qual* in singulari, *os quays as quays* in plurali, v. g. *o homem o qual: os homens os quays. A molher a qual: As molheres as quays.* 13 Interrogatiuum nomen. Relatiuum nomen.

Possessivum nomen est quod significat rem possessam, aut pertinentem ad aliquem, v. g. *cavallo real, Soldado* Possessiuum.

Patrium nomen. *Pompejano.* Equus regius, Miles Pompejanus. Nomen patrium est quod patriam indicat v. g. *Lisboënse*, *Euorense*, Olyssiponensis, Eborensis.

14 *Gentile nomen.* Nomen gentile est quod significat nationem v. g. *Grego*, *Italiano*, *Portuguez*. Græcus, Italus, Lusitanus.

Numerale nomen. Nomen numerale est quod numerum significat, & dividitur in cardinale & ordinale. *Cardinale.* Cardinale est quod significat numerum absolutè acceptum, v.g. *dous*, *tres*, *quatro*, *cinco*, duo, tres, quatuor quinque. *Ordinale.* Ordinale est quod numerum ordinatum, seu in ordinem digestum significat, v. g. *primeyro*, *segundo*, *terceyro*, primus, secundus, tertius. Est etiam nomen distributivum, seu divisivum quod significat distributionem seu divisionem: v. g. *de hum em hum*: *de dous em dous*: *de tres em tres*: *de quatro em quatro*: singuli, bini, terni, quaterni.

Positivum nomen. Nomen positivum seu absolutum est quod significat rem absolutè ac simpliciter, v. g. *grande*, *pequeno*, magnus, parvus. *Comparativum nomen, & superlativum.* Comparativum est quod rem vel attollit vel deprimit, vt *mayor*, *menor*: maior, minor. Superlativum est quod rem constituit vel in summo vel in infimo loco, vt *maximo*, *minimo*: maximus, minimus.

Observandum est tribus modis diversis uti Lusitanam linguam nominibus comparativis, & superlativis.

1 Per ipsamet nomina: in se comparativa qualia sunt, *mayor*, *menor*, *inferior*, *superior*: maior, minor, inferior, superior.

2 Per nomina in se superlativa Latinitatem redolentia v. g. *Maximo*, *minimo*, *clarissimo*, *estudiosissimo*, *perfeytissimo*. Maximus, minimus, clarissimus, studiosissimus, perfectissimus.

15 3 Accipiendo alteram ex his duabus vocibus, *mays*, *menos*, plus, minus: & illam collocando ante quodcunque adiectivum: v. g. *mays perfeyto*, *estudioso*, *claro*, *sabio*, *entendido*: perfectior, studiosior, clarior, sapientior, intelligentior: *menos discreto*, *valente*, *gentil*, *animoso*: minus disertus, valens, pulcher, animosus.

Illud

Illud notari debet, posse idemmet adiectivum Lusitanum in hoc tertio eventu observare leges comparativorum, & Superlativorum, quibus utuntur Latini: ita vt tale adjectivum fiat comparativum, quando comparatur res una cum altera eiusdem, aut diversi generis, v. g. *Pedro he mays valente que Antonio, ou que hum leam.* Petrus est fortior Antonio, vel uno leone. Item quando comparatur res una cum multis, vel multæ cum multis diuersi generis: v.g. *Hum Europeo he mays valente que muytos Asiaticos:* ou *Os Europeos sam mays valentes que os Asiaticos:* Vnus Europæus fortior est multis Asiaticis: vel Europæi fortiores sunt Asiaticis. Erit tamen Superlativum quando comparatur res una cum multis, aut multæ cum multis eiusdem generis: v.g. *Pedro Portuguez he mays valente que todos, ou de todos os Portuguezes.* Vel *Os Portuguezes sam mays valentes que todos, ou de todos os homens.* Petrus Lusitanus est fortissimus omnium Lusitanorum, vel Luisitani sunt fortissimi omnium virorum. Ex quibus patet in Lusitana lingua omne nomen adjectivum posse hoc tertio modo esse comparativum & superlativum: quia potest ante se recipere voces *mays, e menos.* Pro maiori prædictorum explicatione quære exempla in numero 106. superlativum, & Comparativum.

Mitto alia nominum genera; solum expono primitivum, seu radicale, quod est principium, seu radix aliorum nominum, quæ ab illo nascuntur, seu derivantur, v. g. *Pedra, da qual nascem pedragal, pedregulho, pedregoso, pedreyra, pedreyro, pedrada:* Petra, à qua nascuntur saxetum, glarea, lapidosus, lapidicina, lapidicida, lapidis ictus: & multa alia, quæ sicut ab hoc primitivo *pedra*, ita ab aliis primitivis derivantur, & linguam Lusitanam mirum in modum locupletant. 16 Primitivū & radicale nomen.

Notanter posui vltimo loco *pedrada*, vt innuerem quod olim iuvenis observavi, quando composui vocabularium Lusitanicolatinum, nempe innumerabilia esse in nostra lingua substantiva quæ finiuntur in *ada*, vt *pancada*, *cutilada*, *estocada*, & similia, quæ à Latinis explicari nequeunt nisi per circumloquium, seu periphrasim: v. g. *pancada*, ligni aut fustis ictus; *cutilada*,

Linguæ Lusitanæ copia. gladij ictus cæsim illatus, *estocada*, gladij ictus punctim illatus. Ex quibus constat perspicuè quanta in hac parte sit Latinæ linguæ inopia, & quanta Lusitanæ linguæ opulentia.

SVBSELLIVM III.

De nominibus Lusitanis absolutè acceptis: ipsorumque numero singulari & plurali.

17 Nominum similitudo, & vniformitas. IN nominibus Lusitanis tam substantiuis, quàm adjectivis nulla est variarum declinationum diversitas, qualis reperitur in lingua Latina; nam omnia quæcunque fuerint, declinantur eodem prorsus modo absque vlla differentia inter se, quam solùm vendicant in numero singulari, & plurali. Nam in singulari omnia scribuntur iisdemmet literis, & in plurali variant vltimam, aut vltimas literas, vt statim dicemus.

In nominibus etiam Lusitanis non datur varietas casuum, sicut datur in Latinis: siquidem omnia in singulari, etiam post ingressum orationis semper scribuntur & pronuntiantur eodem modo, & iisdem characteribus pluralis. Et hæc vniformitas servatur in omnibus, quæ pollent vtroque numero.

Facilitas linguæ Lusitanæ. Ex hac ratione, & aliis in progressu occurrentibus patebit linguam Lusitanam esse longè faciliorem vt addiscatur, quàm Latinam, & Græcam; in quibus reperitur magna varietas declinationum, ingens diversitas casuum in vtroque numero: & (quod pejus est) multitudo dictionum irregularium, quæ omnia reddunt linguarum disciplinam valdè difficilem. In reliquis vulgaribus, Castellana, Itala, Gallica, Anglica & similibus, quamuis militet eadem facilitatis ratio, tamen nonnullæ ex illis sunt longè difficiliores Lusitana, ex aliis principiis.

18 Cum verò servetur prædicta vniformitas in Lusitanis nominibus, multiplex tamen in illis apparet diversitas, ex quibus non vulgaris nostræ linguæ confertur pulchritudo

pulchritudo. Differunt enim 1. in qualitate generica, prout alia sunt substantiva, alia adjectiva sub se continentia species quas *subsel.* 2. exposuimus. Differunt 2. in vtroque numero singulari & plurali, tum à reliquis, tum à seipsis: cùm in vtroque numero scribantur diversis literis finalibus. Differunt 3. in genere: nam alia sunt masculina, alia fœminina, alia generis communis duorum. An & quale habeant genus neutrum, dicemus suo loco. Differunt 4. in terminatione, cum alia diversis vocalibus, alia diversis consonantibus terminentur.

Quoad alteram subsellij partem de vtroque numero singulari, & plurali nominum, hæc generalis omnium regula est. In numero singulari declinantur solùm nomina quæ vnam tantùm rem significant. v. g. ***Pedro, pedra, ceo, terra.*** Petrus, lapis, cœlum, terra. In numero plurali declinantur nomina, quæ significant res plures per modum plurium, vt ***Pedros, pedras, ceos, terras.*** Petri, lapides, cæli, terræ. **Nominum numerus singularis & pluralis.**

Vt innotescat quando nomen est in numero singulari, & quando in plurali, duplex regula assignabitur. 19 Esto prior: quotiescunque hæ particulæ ***a, o, ao, da, do, na, no***, antecesserit nomen aliquod, signum est tale nomen esse in singulari numero, v.g. ***a casa, o templo, ao templo: da casa, do templo: na casa, no templo.*** Item quotiescunque aliqua ex particulis ***as, os, aos, das, dos: nas, nos,*** antecesserit nomen aliquod, signum est tale nomen esse in numero plurali: v. g. ***as casas. os templos, aos templos: das casas, dos templos: nas casas, nos templos.*** Idem procedit si ante substantiva ***casa***, ou ***casas, templo***, ou ***templos***, fuerit aliquod adjectivum post dictas particulas: v. g. ***de grande casa: de grande templo: de grandes casas: de grandes templos:*** & sic de reliquis. **Singularis & pluralis numeri cognitio.**

Notetur particulam ***de*** non discriminare duos illos numeros, sed vtrique inservire, v.g. ***de casa, de casas: de templo, de templos.*** Idem est de propositionibus ***para, em, com, sem***, quæ plerumque dictarum particularum loco, vel simul ponuntur v. g. ***para casa*** ou ***para as casas: em casa, ou em casas: com casa***, ou ***com casas sem casa, ou sem casas.***

Hac

20 Hac de causa, & quia sæpe in orationes reperiuntur nomina substantiva & adjectiva sine aliqua ex assignatis particulis expressè positis, vt cernitur in hac oratione: *Grandes templos recolhem muyta gente.* Magna templa excipiunt gentem multam: ideo facilior & vniuersalior est regula posterior quæ assignatur in hunc modum. Quotiescunque nomen substantivum vel adjectivum finitur litera *s*, est in numero plurali: si autem finiatur in quacunque alia litera, sive vocali, sive consonante, erit in numero singulari. Exempla primæ partis sunt: *terras largas*, *templos famosos*, *homens doutos*, *molheres virtuosas*: Terræ vastæ, templa celebria, homines docti, mulieres virtuosæ. Exempla secundæ partis sunt, *terra fertil*, *templo fermoso*, *homem douto*, *molher boa*, *azar mofino.* Terra fertilis, templum pulchrum, homo doctus, mulier bona, canicula infelix.

Excipiuntur ab hac regula nonnulla quæ in numero singulari terminantur litera *s*, qualia sunt *Deos*, *cays*, *arrays*, *cos*, *gys*, *cuscus*, *alcaçus*. Item nonnulla nomina propria & cognomina, vt *Aristoteles*, *Eneas*, *Isaias*, *Luis*, *Martins*, *Fernandes*, *Mendes*, *Rodriques*, *Pires*. Nisi mavis hæc & similia, excepto *Martins*, & quæ alia habent *n*, ante *s*, finiri debere litera *z*, vt *cayz*, *arrayz*, *coz*, *gyz*, *cuscuz*, *Alcaçuz*. Agger littoreus, nauclerus, plicatura braccarum, gypsum, cibus ex lectissimo farre, radix dulcis. Item *Fernandez*, *Mendez*, *Rodriquez*, *Pirez*. Vide nostram Orthographiam *par.2. reg.4.* vbi statuimus qualiter nomina Lusitana scribi debeant in numero plurali.

21 Possunt etiam excipi à supradicta regula nomina anomala, quæ cum significent rem singularem, habent vocem pluralis, de quibus n.41.

SVBSELLIVM

SVBSELLIVM IV.

De vocibus quæ nominis naturam imitantur, qualia sunt Participia, Pronomina, & similia.

VOces quæ imitantur naturam nominis, & cum eo magnam affinitatem habent, sunt participia, & pronomina. Participium dicitur à participando, quia à nomine & verbo participat: & est pars orationis quæ tum casus tum tempora habet. Apud Latinos vox vna est, non ita apud Lusitanos. Participium temporis præsentis finitur in *ans*, vel *ens*, vt amans amantis, legens legentis: Lusitani dicimus *o que ama, e amava: o que le, e lia.* Aliqui haud ineptè dicunt *o amante, o lente.* Et in fœmino genere *a amante, a lente.* Participium temporis præteriti in *tus*, vt amatus, lectus: nos dicimus *Cousa amada, cousa lida.* Participium temporis futuri in *rus*, vt amaturus, lecturus: nos dicimus *O que hà de amar, O que hà de ler.* In voce passiva finitur in *dus*: vt amandus, legendus: nos dicimus, *O que hà de ser amado, O que hà de ser lido.* Participium.

Pronomen vtriusque nominis substantivi, & adiectivi naturam æmulatur: quia in oratione aliquando subjacet, aliquando adjacet: & definitur pars orationis, quæ loco nominis posita certam, determinatamque personam significat. Pronomina partim sunt primitiva, partim deriuativa. Primitiva dicuntur quæ prima sunt, & à se orta, vt *Eu, tu, si*: Ego, tu, sui: *Este, ou esta, estoutro*, ou *estoutra*: iste vel ista: Iste alter, vel ista altera. *Elle*, ou *ella*, *aquelle*, ou *aquella*: Ille vel illa. *Esse*, ou *essa*: *O mesmo*, ou *a mesma*: Ipse, vel ipsa; Idem, vel eadem. Pronomen quid & quotuplex

Derivativa, seu potiùs derivata sunt, quæ ex aliis nempe primitivis oriuntur: sic se habent *Meu, ou minha: teu, ou tua: seu, ou sua: nosso ou nossa: vosso ou vossa.* Meus, vel mea: tuus, vel tua: suus vel sua: noster, vel nostra: vester, vel vestra. His adde quæ Latinis Nostras, atis, vestras, atis, per periphrasim respondent: *Os* 22

da

da nossa terra ou parcialidade: os da vossa terra ou parcialidade.

Anomala pronomina. Pronomina Lusitana adjectiva declinantur instar aliorum adjectivorum. Pronomina substantiva *Eu*, *tu*, *si*, sunt anomala, ac proinde subeunt declinationem irregularem, quæ vt à singulis intelligatur, sic à nobis proponitur ad extensum: Pronomen *Eu* sic declinatur in singulari: Nomin. *Eu.* Genit. *de mim.* Dat. *a mim, ou pera mim.* Accus. *pera mim*, *ou a mim*, Vocat. *O eu.* Ablat. *de mim*, ou *em mim*, ou *com ego.* In plurali Nom. *nós.* Genit. *de nós.* Dativ. *a nós*, ou *pera nós.* Accus. *pera nós*, ou *a nós.* Vocat. *O nós.* Ablat. *de nós*, ou *com nós*, ou *comnosco.*

Notandum 1. quamvis apud Latinos pronomen *Ego* quod correspondet nostro pronomini *Eu*, careat vocativo in vtroque numero, nostrum tamen illum habere tum in singulari, tum in plurali. Nam rectè dicimus in singulari *o ditoso eu*! vel *o ditoso*, *o mofino de mim*, ! & in plurali: *o ditosos nos*!

23 Notandum 2. idem pronomen admittere frequenter in singulari quendam dativum, vel accusativum extraordinarium, *me*, absque vlla alia particula v. g. *Nam me curo d'isso*: ou *Nam me curo eu d'isso. Nam me vay nada nisso.* Nihil curo de hoc. Mea nihil interest hoc. Et in plurali nominativus, dativus, vel accusativus *nos* absque vlla particula, v. g. *nam nós curamos d'isso*: ou *nam nos curamos nós d'isso*: *nam nos vay nada nisso.* Nihil curamus de hoc: ad nos nihil refert de hoc. In secunda oratione sæpe additur in singulari *a mim*, & in plurali *a nos*: v.g. *nam me vay a mim nada nisso*: *nam nós vay a nós nada nisso.*

Etiam loco pronominis *Eu* vtimur his particulis *mo*, *ma* in singulari, & particulis *mos*, *mas* in plurali, sive ante, sive post verbum v.g. *vendeomo muy caro*: ou *muy caro mo vendeo*, idest *o liuro. vendeoma muy cara*: ou *muy cara ma vendeo*, id est *a seda.* In plurali, *vendeomos muy caros*: ou *muy caros mos vendeo.* id est *os liuros. vendeomas muy caras*; ou *muy caras mas vendeo*, id est *as sedas.*

Pronomen *tu* sic declinatur: in singulari Nom. *tu*, Genit.

Genit. *de ti*, dat. *a ti*, ou *pera ti*. Accusat. *pera ti*, ou *a ti*, Vocat. *o tu*, Ablat. *de ti*, ou *em ti*, ou *sem ti*, ou *contigo*. In plurali Nomin. *vôs*, Genit. *de vôs*: dat. *a vôs*, ou *pera vos*. accusat. *pera vôs*, ou *a vos*. Vocat. *O vôs*, Ablat. *de vôs*, ou *em vôs*, ou *sem*, *vôs*, ou *convosco*. Admittit etiam in singulari, & plurali absque vlla particula casus dandi & accusandi *te*, *vos*: v. g. *nam te cures d'isso*: *nam te cures tu d'isso*. *Nam se te dâ d'isso*: *nam se te dâ a ti d'isso*. *Nam vos curays d'isso*: *Nam vos curays vôs d'isso*. Non cures de hoc: non curetis de hoc.

Etiam loco pronominis *tu* vtimur his particulis *To*, *ta*, in singulari: & particulis *tos*, *tas* in plurali: v. g. *Douto de graca*, *ou de graça to dou*, id est *o livro*. *Douta de graça*, *ou de graça ta dou* id est *a seda*. Similiter in plurali, *Doutos de graça*, *ou de graça tos dou*, id est *os livros*. *Doutas de graça*, ou *de graça tas dou*, id est *as sedas*. Idem solemus circa particulas *lho*, *lha*, v. g. *Doulho de graça*, id est *o livro*. *Doulha de graça*, id est *a seda*.

Notandum hoc pronomen *vôs* inservire Lusitanis in singulari & plurali v. g. directo sermone ad vnum: *vôs fareys isto*. Tu facies hoc. Et directo sermone ad multos: *vôs fareys isto* Vos facietis hoc.

Pronomen *si* nec in singulari, nec in plurali habet nominativum, aut vocativum. Declinatur hoc modo in singulari: Genit. *de si*. Dat. *a si*, ou *pera si*, Accusat. *pera si*, ou *a si*. Ablat. *de si*, ou *em si*, ou *com sigo*. Admittit etiam absque vlla particula Dativum, vel Accusativum *se*, v. g. *Nam se cura d'isso*, ou *nam se cura elle d'isso*: *Nam se lhe dâ d'isso*: ou *nam se lhe dâ a elle d'isso*. Et in plurali: *Nam se curam d'isso*, ou *nam se curam elles d'isso*. Non curat ille de hoc: Non curant illi de hoc.

24 Pronomen *Si*.

Notandum est pronomina *me*, *te*, *se* iungi frequentiùs cum verbis trium nostrarum coniugationum, quæ terminantur Syllaba *se* in infinitivo: v. g. *assanharse*, *entreterse*, *abrirse*, exasperari, detineri, dehiscere: Dicimus enim *Eu me assanho*, *tu te assanhas*, *elle se assanha*: Ego exasperor, tu exasperaris, ille exasperatur. Sic in plurali *Nôs nos assanhamos*, *vôs vos assanhays*, *elles se assanham*: Nos exasperamur, vos exasperamini, illi exasperantur.

alcatràz, arcàz, beber'àz, belmàz, capa:àz, mangàz, marruàz, rapàz, primàz, roàz: luxatorum artuum compositor, pinacotheca, potator vini, umblicus, primarius inter mechanicos, balatro, monogrammus, puer incivilis, primas, detractor: quæ omnia in plurali finiuntur in *azes*, ut *alcatràzes, arcàzes, beberràzes, belmàzes, capatàzes, mangàzes, marruàzes, rapàzes, primàzes, roàzes.*

Syllaba *ez* finiuntur multa, sive propria, ut *Braguez, Milanez*, sive appellativa, ut *pez, fêz, torquez, Marquez, endez, arnes, convez, mez, revêz:* pix, fex, forceps, Marchio, ovum provocatorium, thorax ferreus, fori navis, mensis, ictus transversus: quæ omnia finiuntur in *ezes* addita litera *es* ultimæ singularis numeri, v. g. *pezez, fézes, torquezes, marquezes, endezes, arnezes, convêzes, mezes, revezês.* 36 Ez.

Syllaba *iz* terminantur tum propria, ut *Diniz, Luiz* ex aliquorum sententia: tum appellativa, ut *aboiz, aprendiz, codorniz, chafariz, almofariz, raiz, matriz, verniz:* excipula, discipulus, coturnix, aquarium, mortarium æneum, radix, Ecclesia maior, sandaraca: & similia, quæ in plurali terminantur in *izes* addita Syllaba *es*, ultimæ singularis: v. g. *aboizes, aprendizes, çordornizes, chafarizes, Almoferizes, raizes, matrizes, vernizes.* Iz.

Syllaba *oz.* finiuntur multa, vt *albernoz, cadox, arrioz, retroz, arroz:* sagum, locus unde pila non resilit, globulus lapideus, filum sericum retortum, orizâ: quæ omnia in plurali terminantur in *ozes*, addita Syllaba *es* ultimæ singularis, vt *albernozes, cadozes, arriozes, retrozes, arroze's* Oz.

Syllaba *uz* terminantur quædam propria, ut *Ormûz, Andaluz*, quædam appellativa, vt *alcatrûz, abestrûz, arcabûz, lûz:* haustrum, strutio, fistula ferrea, lux: & alia quæ in plurali finiuntur in *uzes*, ut *Ormuzes, Andaluzes, alcatruzes, abestruzes, arcabuzes, luzes.* uz.

Hæc dixisse pro terminatione nominum substantivorum regularium, nempe servantium communes leges in utroque singularis, & pluralis numero, satis est.

De irregularibus, seu anomalis dicemus in subsellio ultimo huius primæ classis.

SVBSELLIVM VII.

De terminatione nominum adjectivorum apud Lusitanos.

37 Terminatio adjectivorum. QVid sit nomen adjectivum, & quas formas habeat apud Lusitanos, diximus supra *à num.* 11. modò ut exponamus breviter illorum terminationem „notandum est 1. adjectiva habentia duas formas, quarum altera inservit generi masculino, & altera generi fœminino, frequentissimè terminari litera *o*, & litera *a*, ut *negro, negra: alvo, alva*, niger, nigra: albus, alba. Dixi (frequentissimè) quia deficit aliquando, ut in adjectivo *bom, boa:* bonus, bona. Notandum est 2. adjectiva in numero plurali regulariter sequi terminationem substantivorum, ad quorum classem spectant: quando autem devient à regula, constabit ex dicendis.

a Litera *a*, terminantur in singulari innumera adjectiva quoad formam inservientem generi fœminino, v. g. *virtuosa, linda, engraçada, discreta, primorosa*: sancta pulchra, lepida, diserta, ingenua. In plurali admittunt literam *s*, v. g. *virtuosas, lindas, engraçadas, discretas, primorosas.* Finiuntur in *a* adjectiva numeralia, ut *trinta, quarenta, cincoenta, sessenta, setenta, oytenta, noventa*: triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta. Quæ omnia inserviunt tam masculino, quàm fœminino generi: & carent plurali.

e Littera *e*, terminantur in singulari multa adjectiva habentia unicam formam inservientem substantivis masculinis, & fœmininis: v. g. *grande, breve, forte, eloquente*: grandis brevis, fortis, eloquens: in plurali terminantur litera *s*, *grandes, breves, fortes, eloquentes.* Dictis accedunt adjectiva numeralia, *sete, nove, onze, doze, treze, quatorze, quinze: desasete, desanove, vinte.*

Septem

Septem, novem, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, septemdecim, novemdecim, viginti: quæ omnia inserviunt utrique generi, & soli numero plurali. His adde pronomina *se. te*, quæ serviunt singulari, & plurali: item *este*, *elle*, *esse*, *aquelle*, quæ in plurali admittunt literam *s*, *estes*, *elles*, *esses*, *aquelles*.

Litera *i*, nullum Lusitanum nomen adjectivum finitur, nisi velimus ab hac generali regula excipere pronomen reciprocum *Si*: quod in vtroque numero singularis, & pluralis idem persistit. *i*

Item nisi velimus excipere *carmesi*, ut dicamus *cor carmesi*, id est purpureus, sed rectiùs dicitur, *carmesim*. 38

Litera *o*, terminantur innumera adjectiva, quæ solùm inserviunt substantivis masculinis, quarum regulam servant in plurali: v. g. *fermoso*, *rico*, *lindo*, formosus, dives, pulchellus. Vox *Sô*. quando est nomen adjectivum, inservit tam generi masculino, quàm fœminino: dicimus enim. *Pedro està sô com Deos. A religiosa està sô com Deos* Petrus est solus cum Deo. Monialis est sola cum Deo. In plurali dicimus: *os religiosos estam sôs com Deos. As religiosas estàm sôs com Deos*. Monachi sunt soli cum Deo. Moniales sunt solæ cum Deo. Hæc adjectiva numeralia *quatro*, *finco*, *oyto*: quatuor, quinque, octo, junguntur cum substantivis tam masculini, quàm fœminini generis solùm in numero plurali. *o*

Litera *u*, finiuntur quædam adjectiva secundùm formam masculini generis: v. g. *nû*, *crû*, *meu*, *teu*, *seu*: nudus, crudus, meus, tuus, suus: & similia quæ in plurali definiunt in *us*, v. g. *nùs*, *crùs*, *meus*, *teus*, *seus*. Est tamen discrimen inter priora *nù crù*, & posteriora *meu*, *teu*, *seu*, quia litera *u*, *in* prioribus est perfecta vocalis sufficiens ad syllabam: non ita in posterioribus, quia cum litera *e* coalescit in diphthongum. *u*

Quod attinet ad Lusitana adjectiva, quæ definunt in aliquam ex consonantibus, quibus supra *num.30.* diximus posse voces Lusitanas terminari, oportet recolere combinationes, quas faciunt cum vocalibus quinque consonantes *l*, *m*, *r*, *s*, *z*, in quas solùm ut diximus *num.30.* possunt definere Lusitana vocabula.

Circa

Al, el, il, ol, ul. Circa primam ſeriem combinationis harum conſonantium cum litera *a, e, i, o, u*, quæ eſt *al, el, il, ol, ul*, dicimus in has ſyllabas terminari aliqua adjectiva: v. g. *principal, geral, collateral*, principalis, generalis collateralis: *agradavel, abominavel, affavel*: gratus, abominabilis, affabilis: *gentil, ſotil, util, facil*: ſpecioſus, ſubtilis, vtilis, facilis: *Eſpanhol, regnól*: Hiſpanus, regnicola: *azul*, cæruleus: quæ omnia in plurali ſervant regulas ſubſtantivorum ſimili terminatione deſinentium, de quibus à *n. 32*.

39 An, em, im, om, um. Circa ſecundam ſeriem combinationis vocalium, quæ antecedunt literam *m*, & eſt *am, em, im, om, um*: v.g *cam, cham, peam*: canus, planus, plebeus: *alguem, ninguem, cem*: aliquis, nullus, centum, quod ultimum eſt numerale inſerviens generi maſculino, & fœminino, carens plurali. *roim, eſpadachim*: malus, enſifer: *bom*, bonus: *hum, algum, nenhum, commum*: vnus, aliquis, nullus, communis, quæ omnia in plurali ſervant regulam ſubſtantivorum, ad quorum claſſem pertinent: hæc quatuor ultima habent in ſingulari formam fœmininam, *huma, alguma, nenhuma, commua*. Aliqui non ineptè cum ſubſtantivo fœminino jungunt *commum*: v. g. *opiniam commum*: *portaria commum*. Solemus etiam dicere: *Deu hum ora*: ſonuit una hora: non quia prima forma adjectivi *hum* cohæreat cum ſubſtantivo fœminino: ſed quia per ſynalæpham ultima vocalis adjectivi *huma* colliditur cum vocali ſequenti. Hoc non evenit, quando jungitur cum aliis ſubſtantivis incipientibus à vocali, v. g. non dicitur, *cortoulhe hum orelha*. Abſcidit ei unam aurem.

Ar, er, ir, or, ur. Circa tertiam ſeriem combinationis vocalium, quæ antecedunt literam *r*, & eſt *ar, er, ir, or, ur*, imprimis nulla occurrunt adjectiva finita in *ir*, vel *ur*, ſolùm occurrunt finita in *ar, er, or*: v. g. *exemplar, particular, ſingular*: *eſmoler*: *melhor, peyor, mayor, menor*: exemplaris, particularis, ſingularis: eleemoſynarius: melior, peior, maior, minor: quæ ſervant in plurali leges ſubſtantivorum, ad quarum claſſem ſpectant.

As, es, is, os, us. Circa quartam ſeriem combinationis vocalium, quæ antecedunt literam *s*, & eſt *as, es, is, os, us*, poſſunt inſervire

inservire pro exemplis, *duzentas*, *trezentas amlas*: *lestes*, *prestes*: *seys*, *feliz*, juxta aliquos: *duzentos*, *trezentos ambos*: *dous*, ducentæ, tercentæ, ambæ: agilis promptus: sex, felix: ducenti, trecenti, ambo: duo. Est notandum discrimen inter hæc Lusitana adjectiva, quia hæc numeralia *duzentos*, *trezentos* inserviunt soli substantivo masculino; *duzentas*, *trezentas* soli fœminino: *seys* inservit utrique generi. *Ambos*, *dous* sunt numeri pluralis, & inserviunt masculinis: *amlas*, *duas*: sunt etiam pluralis, sed inserviunt solis fœmininis.

Circa quintam seriem combinationis vocalium, quæ antecedunt literam z, & est *az*, *ez*, *iz*, *oz*, *uz*, in has syllabas desinunt aliqua adiectiva Lusitana v. g. *primàz*, *mordàz*, *capaz*, *efficaz*, *pertinaz*, *linguaraz*: primas, mordax, capax, efficax, pertinax, linguax. *Portuguez*, *Francez*, *Irlandez*, *Ingrez*, *Escocez*, *Olandez*, *Genovez*, *tremez*, *preytez*, *cortez*, *dez*, *trez*: Lusitanus, Gallus, Hibernus, Anglus, Scotus, Olandus, Genovensis, trimestre, pulchellus, comis, decem, tres: *belliz*, & *feliz*, juxta aliquos: acutus, felix: *veloz*, *feròz*: velox ferox: *truz*: trux, quæ in plurali servant regulam substantivorum suæ classis. Notandum est numeralia *dez*, *trez* carere plurali, & inservire utrique generi, cui etiam inserviunt adiectiva *preytez*, *cortez*, *belliz*, *feliz*, *veloz*, *feroz*, *truz*. Az, ez, iz, oz, uz.

SVBSELLIVM VIII.

De nominibus anomalis seu inæqualibus apud Lusitanos & de ipsorum prænominibus, & cognominibus.

IN hoc ultimo primæ classis subsellio agendum est de Lusitanorum nominibus anomalis, seu inæqualibus, vel anormis, seu irregularibus. Datur enim in aliquibus nominibus inæqualitas, prout in ipsa ratione communi 40 Anomala nomina apud Lusitanos.

muni nominis aliis non æquantur: & datur irregularitas, prout aliorum regulas non servant. Et notandum est huiusmodi irregularitatem judicandam esse ex regulis linguæ Lusitanæ, & non Latine, vel alterius: quia nulla esse potest regula nostræ linguæ.

Solùm igitur à Latinis possumus sumere documenta, seu exempla, ut sicut illi juxta suas regulas judicant sua nomina anomala, nos juxta nostras regulas judicemus nostra.

Vnde sicut apud Latinos sunt anomala *genu*, *& tempe*, quia more aliorum, non declinantur; scilicet genu in singulari, & tempe in plurali; ita apud Lusitanos erunt anomala quæ declinentur, facta in seipsis mutatione, qualia diximus *num.* 22. declinari pronomina, *Eu*, *tu*, *si*, admittentia in singulari casus *mim*, *ti*, *si*.

Numeralia an sint anomala.

Sunt igitur anomala nomina adjectiva numeralia, ut *trinta*, *quarenta*, *cincoenta*, *sessenta*, *setenta*, *quatro*, *seys*, *vinte*, *cem*, quia carent plurali: ideoque non servant communem regulam nominum, utroque numero regulariter gaudentium. Excipe *duzia*; rectè enim dicimus *huma duzia* in singulari, *duas*, *e trez duzias* in plurali: similiter rectè dicimus *hum*, *huns*: *cento*, *centos*: *conto*, *contos*: *milham*, *milhoës*. Etiam haud ineptè (ut accepi à viro docto) potest dici omnia nostra nomina numeralia habere aliqua ratione numerum pluralis, qui numerus non admittitur à Latinis, excepto *mille*: dicunt enim Latini duo millia, tria millia &c. & non dicunt duo triginta, duo sexaginta, duo viginti, duo centum. At Lusitani non ineptè dicunt *muytos vintes*, *muytos trintas*, *muytos quarentas*, *muytos cincoentas*: v. g. *dous vintes fazem quarenta*. *Dous trintas fazem sessenta*. Bis viginti sunt quadraginta: Bis triginta sunt sexaginta. Item apud Arithmeticos est tritus loquendi modus: *Novesfóra*, in plurali.

Adverte, sicut aliqua numeralia sunt anomala, quia carent numero plurali, ut *trinta*, *quarenta*: non enim rectè dicimus *trintas*, *quarentas*, ita è contra esse alia numeralia anomala, quia carent singulari, ut sunt *duzentos*, *trezentos*, & similia: non enim

enim dicimus in singulari *duzento*, *trezento*; vide ad finem numeri 129. anomala ob diversam pronunciationem in Plurali.

41 Præcipua apud Lusitanos nomina, quæ verè anomala dici possunt, & frequenter occurrunt, sunt quæ habent vocem pluralis, & significationem singularis, qualia sunt *layvos*, illuvies vultus, *greshas*, craticula ferrea, *calças* subligar, *migas*, torunda, *papas* puls, *ceroulas* campestre, is, *andas*, lectica, *andilhas*, lecticula, *camaras*, desynteria *alviçaras* donum pro bono nuncio, *pareas*, tributum, *partas da parida*, secundæ, arum. *Primicias*, primitiæ, *arras*, arrhæ, *cocegas*, titillatio, *custas*, expensæ, *editos*, edicta, *encospas*, ocrearum formæ, *entranhas*, præcordia, *exequias*, funus, *erpes*, Herpeta, *lampas*, præcocia, *torneos*, *e justas*, hastiludium. Quæ omnia & similia ideo verè anomala sunt, quia deviant à communi æqualitate, & regula habentium verè utrumque numerum Singularis & Pluralis: Illa enim cum significent rem unam, & singularem, habent vocem pluralis, ut denotatur per articulos *os*, *as*: dicimus enim *os erpes*, *as lampas*.

Sunt etiam anomala quæ numero singulari contenta sunt, & carent plurali, ut *cal*, *sal*, *pez*, *ar doença*, *e ar graça*: non enim loquimur de aere elemento, sed de morbo qui à Latinis appellatur sydus, & de lepore qui à Lusitanis vocatur *ar*: illa enim quatuor carent plurali, ut per se constat. Item plurali carent *prol*, *isto*, *isso*, *aquillo*, *quem*, *alquem*, *ninguem*, sicut è contra singulari carent contenta plurali *Dous*, *tres*, *seys*, *ambos*, *ambas*. Aliqui in plurali etiam dicunt *proys ninguens*.

Quoniam locuti fuimus de inæqualitate nominum ex defectu utriusque, vel alterius numeri singularis, & pluralis, visum est annectere nominibus anomalis quædam adverbia anomala, quæ ideo talia censentur, quia deviant à communi regula adverbiorum, sequendo regulam nominum habentium singularem, & pluralem numerum. *Adverbia anomala.*

42 Occurrunt sequentia, *sim*, *nam*, *longe*, *perto*, *pouco*, *muyto*, *logo*: ita, non, longè proximè, parum, multùm,

tùm renuit. *Esta Cidade tem muytos longes, poucos pertos.* Hæc civitas distat à multis locis, paucis proxima est. *O pouco basta ao moderado, o muyto nam basta ao prodigo.* Parum sufficit parco, multum non sufficit prodigo: *os poucos repetidos fazem hum muyto: os muytos podem ser tam diminuidos que escassamente façam hum pouco.* Paucitas repetita facit multitudinem: multitudo ita potest imminui, ut vix constituat paucitatem. *Pedro no sobrescrito de suas cartas nam se contenta de por hum logo, mas poem tres logos.* Petrus in superscriptione suarum epistolarum non contentus est semel ponere statim, sed ter ponit statim.

43 Quod attinet ad alteram subsellij partem de Lusitanorum prænominibus, & cognominibus, illud scire oportet ex nostro Elucid.*n.*406. nomen proprium olim apud Romanos fuisse divisum in quatuor membra, scilicet Prænomen, Nomen, Cognomen, Agnomen. *Prænomen* erat ante nomen positum, & aliquid speciale denotabat, ut *Lucius*, quòd initio lucis natus esset. *Nomen* erat proprium personæ, & quidem gentilitium, quod originem gentis ostenderet. *Cognomen* erat maiorum tractum ex familia. *Agnomen* veniebat extrinsecùs, vel ex animo, ut *superbus*, vel ex corpore, ut *Crassus*, vel ex fortuna, ut *Africanus*. Exemplum omnium sit: *Publius Cornelius Scipio Africanus.* ubi *Publius* est prænomen, *Cornelius* nomen, *Scipio* cognomen, *Africanus* agnomen.

Prænomē. Cognomē. Agnomen.

Ad hujusmodi exempli similitudinem possumus assignare aliud inter Lusitanos. *Dom Vasco da Gama Descobridor da India.* Dominus Vasquius a Gama Indicus; ubi *Dom.* seu dominus est prænomen, *Vasco* est nomen, *Gama* est cognomen, *Descobridor da India*, est agnomen datum ex magna illa fortuna detegendi Indicum Imperium, tam vastum, tam locuples, & in tantum Christianæ religionis augmentum.

Cognomina inter Lusitanos frequentiora sunt quàm prænomina, & agnomina. Illa ut plurimùm nihil significant, ut *Souza, Brito, Menezes, Taborda, Magalhaes,* capiunt nonnulla significationem à plantis, ut *Pereyra, Oliveyra, Nogueyra, Figueyra*; Pyrus, oliva, juglans, ficus. Desumuntur

d'isso, sem isto ou *semisso, nisto* ou *nisso.*

Circa prædicta observetur 1. pronomina *Eu, tu* habere vocandi casum tam in singulari, quàm in plurali, reliqua pronomina illo carere in vtroque numero. Observetur 2. pronomina *elle, aquelle, este, esse* admittere in vtroque numero, & genere masculino ac fœminino particulas indicativas *no, na, nos, nas*, ita tamen ut quando hujusmodi particulæ junguntur cum dictis pronominibus, solùm retineant literam *n*, reliquis amissis, v.g. *nelle, nella, nelles, nellas: naquelle, naquella, naquelles, naquellas: neste, nesta, nestes, nestas: nesse, nessa, nesses, nessas.* Eadem etiam ratione quando junguntur cum pronominibus neutralibus solùm in numero singulari: v.g. *naquillo, nisto, nisso.*

Iungimus etiam hoc nomen *outro*, alter, pronominibus *aquelle, este, esse*, v.g. *aqueloutro, estoutro, essoutro.* Ille alter, iste alter, ipse alter.

Adverte dictis pronominibus *Eu, tu, elle, aquelle, esse* frequenter addi has voces *mesmo, mesmas* in singulari: *mesmos, mesmas* in plurali; v.g. in singulari *Eu, tu, elle, aquelle, esse mesmo*, ou *Ella, aquella, essa mesma.* In plurali *nos, vôs, elles, aquelles, esses mesmos, ellas, aquellas, essas mesmas.* Dicunt Latini Egomet, tumet, ipsemet: Nosmet, vosmet, ipsimet. 16

SVBSELLIVM V.

Quid sit declinatio: & qualiter se habeat in vocibus prædictis?

Declinatio grammaticalis, de qua loquimur (ut inquit Varro *lib 3. de analog.*) est quum ex verbo in verbum: aut ex verbi discrimine, ut transeat [illegible] vocis commutatio fit: datur etiam aliqua sim[illegible] declinationis, quum ex aliqua figura in figuram [illegible] quibus verbis innuit duplicem esse declinatio[illegible] teram in diversis vocabulis, quando à prim[illegible] vata nascuntur, de qua diximus num. 16. altera[illegible] Declinatio quid.

dem vocabulo, quando idem variatur in se ipso, ut nomen declinatur in casus, & numeros: verbum declinatur in modos, tempora, numeros, & personas.

Declinatio nominum apud Lusitanos.

Nomina Lusitana quamvis in se ipsis nullam habeant diversitatem casuum, sicut habent pronomina *Eu, tu, si*, vt notavimus *n.* 17. & 23. accipiunt tamen quandam veluti extrinsecam diversitatem casuum à particulis *a, o, ao: as, os, aos: de, da, do, dos:* & à propositionibus *na, no, nas, nos: pera, em, com, sem*, quæ regulariter ponuntur ante prædicta nomina, & absque ulla variatione intrinseca faciunt illa æquipollere nominibus Latinorum casus diversos per intrinsecam mutationem habentibus jam in numero singulari, quàm in numero plurali, vt quæ de nominum declinatione absolutè accepta diximus, ad praxim reducamus, duo nomina, alterum generis masculini, alterum generis fœminini tanquam duplex reliquorum exemplar declinemus.

Exemplar generis masculini sit hoc nomen substantivum *templo:* v. g. in numero singulari. Nominat. *o templo.* Genit. *do templo.* Dat. *ao templo,* ou *pera o templo.* Accus. *o templo,* ou *ao templo,* ou *pera o templo.* Vocat. *ó templo* Ablat. *de templo,* ou *do templo,* ou *no templo.* ou *em templo,* ou *com templo,* ou *sem templo.*

In plurali. Nomin. *os templos.* Genit. *de templos,* ou *dos templos* Dativ *aos templos,* ou *pera os templos.* Accusat. *os templos,* ou *aos templos,* ou *pera os templos.* Vocat. *ó templos.* Ablat. *de templos,* ou *dos templos,* ou *em templos,* ou *nos templos,* ou *com templos,* ou *sem templos* Et eâdem ratione declinantur omnia nomina Lusitana generis masculini.

27 Exemplar generis fœminini sit hoc nomen substantivum *casa* v.g. in numero singulari. Nomin. *a casa.* Genit. *da casa,* ou *de casa,* Dativ. *á casa,* ou *pera a casa.* Accusat. *a casa* ou *á casa,* ou *pera a casa* Vocat *ó casa.* Ablat. *da casa,* ou *da casa,* ou *em casa,* ou *na casa,* ou *com casa,* ou *sem casa.*

In plurali. Nomin. *as casas.* Genit. *de casas,* ou *das casas.* Dativ. *as casas,* ou *ás casas,* Accusat. *as casas,* ou

ás

as casas, ou *pera as casas*. Vocat. *ô casas*. Ablat. *de casas*, ou *das casas*, *nas casas*, ou *com casas*, ou *sem casas*. Eodem modo declinantur reliqua nomina Lusitana tum substantiva, tum adjectiva.

De declinatione pronominum diximus á *n.* 22. Ex quibus satis patet diversitatem sensuum, quos reddunt in oratione illæ diversæ particulæ ante idem nomen in singulari, & plurali, ostendere manifestè esse diversos casus ejusdem nominis, non ratione ipsius, utpote in quolibet numero invariabilis, sed ob causam dictarum particularum, seu præpositionum. Idem habita proportione cernitur apud Latinos in nominibus quæ sunt indeclinabilia, qualia *genu* in Singulari & *tempe* in Plurali.

Particulæ *o*, *a*, *ao*; *de*, *da*, *do*; *no*, *na* inserviunt tantùm Singulari numero: particulæ *as*, *os*, *aos*; *das*, *dos*, *nas*, *nos* inserviunt tantum Plurali numero: particulæ *pera*, *em*, *com*, *sem* vtrique numero inserviunt, pro quarum usu & declaratione,

Obfervandum est 1. particulas *pera*, *em*; *com*, *sem* frequenter jungi, tum particulis Singularis numeri *a*, *o*, tum particulis numeri Pluralis *as*, *os*, v. g. *vou pera a casa*, *pera o templo*; *vou pera as casas*, *pera os templos*. Eo ad domum, ad templum. Eo ad domos, ad templa. *Mando em casa*, *em o templo*: *Mando em as casas*, *em os templos*. Præcipio domi, & in templo: præcipio in domibus, & in templis. *Troco a minha herdade com a casa*, *com o templo*: *troco as minhas herdades com as casas*, *com os templos*. Commuto meum prædium cum domo, cum templo. Commuto mea prædia cum domibus, cum templis. *Fico sem a casa*, *sem o templo*: *sem as casas*, *sem os templos*. Maneo sine domo, sine templo: sine domibus, sine templis.

28 **Particulæ communes vtrique numero.**

Obfervandum est 2. per has regulas diligenter servatas facillimum reddi tum nostris tum exteris dignoscere quonam casu sit Lusitanum nomen tam singularis, quàm pluralis numeri, quando repetitur scriptum, vel auditur pronunciatum post aliquam ex dictis particulis. Verùm non ita quando utrique, nempe Lusitani & exteri loqui volunt. Quia Lusitani ex solo usu absque ullis regulis noscunt particulas, seu

articulos hujus vel illius casus indices præferendos: exteri tamen è contra absque usu, qui præcipuus magister est, egent regulis, ut sciant quando nominibus Lusitanis has vel illas particulas debent præponere. Tales igitur assignabimus regulas *Classe 5. subsel. 1.* quando egerimus de Syntaxi.

SVBSELLIVM. VI.

De terminatione nominum substantivorum apud Lusitanos.

29 COmplecti & prædefinire certis quibusdam limitibus, seu regulis infinitam prope multitudinem nominum Lusitanorum, ut plenè innotescat qualiter terminentur, difficilimum sanè est, & certè utilissimum ex triplici capite. 1. quia multa nomina Lusitana habent magnam diversitatem in numero Singulari & Plurali, ideoque longè aliter scribuntur, & pronunciantur in vno, & altero numero.

Terminatio nominum.

Vnde nequeunt præfigi certæ regulæ, ut sciatur qualiter declinetur quodlibet nomen in plurali, quin priùs reducatur ad certas veluti classes omnium nominum terminatio in singulari.

2 Quia statutis dictis classibus, seu terminationibus, proclive erit cognoscere genus cujuslibet nominis, sive masculini, sive fæminini, & consequenter scire præfigendas ante illud particulas indicativas vel generis masculini, quales sunt *o, os, aos, dos, no, nos, lo, los*, vel indicativas generis fæmini, quales sunt *a, as, da, das, na, nas, la, las.* Quia ad intelligendum genus multorum nominum, solùm ex ipsorum terminatione certa regula statui potest.

3 Quia solùm statutis prædictis classibus, possunt certæ regulæ præfigi, quibus nominum quantitas longa, aut brevis in ultimis, ac penultimis syllabis cognoscatur, vt videbimus ad calcem operis. Omne prædictum æquè difficile, & utile est tum exteris qui desiderant

desant addiscere Lusitanam linguam, tum Lusitanis qui volunt scire radicitùs suam propriam, quam tenent ex usu potiùs, quàm ex regulis.

Causâ igitur perspicuitatis agemus modò de substantivis, & postea in 7. subsellio locabimus adjectiva. 30 Terminatio substantivorum. Substantiva nomina apud Lusitanos, & idem dicendum est etiam de adjectivis, terminari nequeunt nisi aliqua ex quinque vocalibus *a, e, i, o, u,* vel ex quinque literis consonanibus *l, m, r, s, z,* quarum quælibet cum singulis vocalibus complicari debet in hunc modum: *al, el, il, ol, ul: am, em, im, om, um, ar: er, ir, or, ur: as, es, is, os, us. az, ez, iz, oz, uz.* Pauca etiam terminantur nostro Ypsilon, *y*, quæ vocalis imperfecta, & debilis est. Notetur obiter quod monuimus supra *n.3.* nullum Lusitanum nomen terminari literâ aliquâ mutâ, quia muta non habet vocem, & Lusitani sine voce non fantur.

Sic digestâ velut in classes literarum serie, & combinatione; dicendum nobis est de terminatione nominum substantivorum tam in singulari, quàm in plurali. Imprimis literâ *a* simplici, vel *aa*, in diphthongum coadunatâ terminantur multa nomina substantiva, sive propria, sive appellativa, v. g. *Antonia*, *Maria*, *alma*, *vida*, *vista*, *romaa*, *maçaa*, *avelaa*, & alia quæ absque ulla exceptione in numero plurali terminantur in *as*, v. g. *Antonias*, *Marias*, *almas*, *vistas*, *romaas*, *maçaas*, *avelaas*, quæ tria vltima etiam scribuntur à nonnullis *romans*, *maçans*, *avelans*. Mala Punica, melimela, coryla. A

31 Litera *e* terminantur multa nomina substantiva tum propria, ut *Albuquerque*, *Duarte*, item aliqua diminutiva, ut *Pedrete* de Pedro, *Francisquete* de Francisco: tum appellativa, ut *barrete*, *capote*, *basbaque*, pileus, penula mulionia, morio seu stultus, & multa alia, quæ omnia in plurali terminantur in *es* addita litera *s*, ultimæ literæ *e*, singularis numeri, vt *barretes*, *capotes*, *basbaques*: & sic de propriis, ut *Albuquerques*, *Duartes*, *Pedretes*, *Francisquetes*. E

Litera *i* finiuntur in Singulari pauca, v.g. *tkali*, *nebri*, *rabi*, *biberiqui*: baltheus, accipiter, pyropus, terebran- I

 di

di inſtrumentum. Nonnulla etiam in *y*, v.g. *pay*, *mãy*, *ley*, *Rey*, *grey*, Pater, mater, lex. Rex, grex. Priora juxta noſtram Orthog. *tr.2. reg. 4.* habent pluralem in *iys*, ut *thaliys*, *nebriys*, *robiys*, *biberiquiys*: poſteriora in *ys*, ut *pays*, *mãys*, *leys*, *reys*, *greys*.

O Literâ *o* terminantur in Singulari multa nomina ſubſtantiva, tum propria, ut *Antonio*, *Bento*, Antonius, Benedictus: tum appellativa ut *banco*, *livro*, *prego*, ſcamnum, liber, clavus, & alia innumerabilia, quæ numero Plurali terminantur in *os* addita litera *s*, ultimæ Singularis.

U Literâ *u* pauciora finiuntur, v. g. *perû*, *bambû*, *mû*, *breu*, *camafeu*, *Belſebû*, *Hebreu*, *Iudeu*, *Fariſeu*: Gallopavus, arundo Indica, mulus, pix craſſior, anguiculus aureus, Beelſebut, Hebræus, Iudæus, Phariſæus: quibus omnibus in plurali addita *s*, terminantur in us, v.g. *perûs*, *bambûs*, *mus*, *breus*, *camafeus* &c.

32 Al. Quod attinet ad conſonantes vocalibus adjunctas, ſyllaba *al* finiuntur aliqua propria, ut *Paſcoal*, *vidal*, Paſchalis, vitalis, & multa appellativa v. g. *punhal*, *avental*, *bocal do poço*, *pinheyral*, *mayoral*. Pugio, ſemicinctium, puteal, pinetum, princeps: & multa alia, quæ omnia numero plurali finiuntur in *ays*, mutata litera l, in *ys* juxta noſtram Orthog. *tr.2. reg.4.*

El. Syllabâ *el* terminantur multa ſubſtantiva, tum propria, ut *Manoel*, *Daniel*, *Gabriel*: tum appellativa, ut *almotacel*, *bacharel*, *capitel*: ædilis, Bacchalaureus, epiſtylium: quæ omnia in Plurali finiuntur in *eys* mutata litera *l*, in *ys*, *Manoeys*, *Danieys*, *Gabrieys*: *almotaceys*, *bachareys*, *capiteys*. Sic in Orthog. *tr.2. reg.4.*

Il. Syllabâ *il* finiuntur quædam ſubſtantiva, tum propria, ut *Gil*, *Cordovil*, *Abril*. Gillius, Cordubenſis, Aprilis: tum appellativa, ut *anil*, *barril*, *ceytil*, *gomil*, *funil*: flos æris, lagena, obolus, gutturnium, infundibulum; quæ, & ſimilia in Plurali, finiuntur in *iys* mutata litera *l*, in *ys*, ut *aniys*, *ceytiys*, *gomiys*.

Ol. Syllabâ *ol* terminantur pauca nomina Luſitana v. g. *Sol*, *caracol*, *enzol*, *lençol*: ſol, limax, hamus, ſindon: quæ in Plurari definunt in *oys* mutata litera *l* in *ys*: ut Soys, caraçoys, enzoys, lençoys.

Syllaba *ul* pauca etiam nomina Lusitana finiuntur, 33
five propria, five appellativa: v. g. *Sul*, *Saul*, *paul*, ul.
taful, Auster, Saul, uligo, aleator. In Plurali finiuntur in *uys* mutata litera *l* in *ys*, *Suys*, *Sauys*, *pauys*, *tafuys*.

Syllaba *am* terminantur innumera substantiva Lusi- Am
tana, five propria, ut *Ioam*, *Damiam*, Ioannes, Damianus, five appellativa, ut *trovam*, *esquadram*, *capitam*, *irmam*, *villam*, tonitruum, acies, dux, frater, villanus. Omnia in Plurali finiuntur litera *s*; sed non omnia eodem modo. Quia alia finiuntur in *oẽs*, ut *trovam*, *trovoẽs*: alia in *aẽs*, ut *capitam*, *capitaẽs*, alia in *aõs*, ut *cortezam*, *cortezaõs*, vide nostram Orthog. *tr.* 2. *reg.* 4.

Sylllaba *em* quædam propria, ut *Ierusalem Belem*, Em
& multa appellativa finiuntur, ut *assem da vaca bedem caya de agua. rebem de comitre*, *almazem*, *adem*. Caro dorsi bubulæ, penulá, portisculus, armamentarium, anas. Hæc omnia, & similia numero Plurali terminantur in *ens*, mutata litera *m*, in *ns*: v. g. *assens*, *bedens*; *rebens*, *almazens*, *adens*.

Syllaba *im* terminantur quædam propria, ut *Chim*, Im.
Severim: Sinensis, Severinus: & quædam appellativa, ut *rocim*, *motim*, *bocaxim*, *marsim*, *espadim*, *fateosim*: caballus, seditio, tela lini infuscata, ebur, brevis gladius, emphyteusis. Quæ omnia in Plurali terminantur in *ins* mutata litera *m* in *ns*, v. g. *rocins*, *motins*, *bocaxins*, *marfins*, *espadins*, *fateosins*,

Syllaba *om* finiuntur pauca, ut *tom*, *som*, *dom*, *rhom*, Om.
tonus, donum, medicamen ita appellatum: quæ in plurali finiuntur in *ons* mutata litera *m* in *ns*, ut *tons*, *sons*, *rhons*. Excipitur *dom*, quod in plurali finitur in *oẽs*, & fit *doẽs*.

Syllaba *um* terminantur nonnulla, ut *atum*, *bodum*, 34
debrum, *jejum* thynnus, odor caprinus, fimbria, um.
jejunium; quæ omnia terminantur numero Plurali in uns: v.g. *atuns*, *boduns*, *debruns*, *jejuns*.

Si loquamur de terminatis litera *r* cui aliquam ex Ar.
quinque vocalibus præfigamuss imprimis finiuntur syllaba *ar*, tum propria, ut *Gaspar*, *Cesar*, tum appellativa, ut

sumuntur alia ab animantibus, ut *Sardinha*, *Bacalhao*, *Cavallo*, *Bezerro*, *Touro*, mæna, asellus, equus, vitulus, taurus.

44. Cognome patronymicum. Sunt frequentissima, ac fere popularia, quamvis etiam in viris primariis reperiantur, cognomina patronymica, & fere omnia desinunt in *ez*: v. g. *Fernandez* filius Ferdinandi, *Gonçalvez* filius Gondisalli, & quæcunque alia desumpta a nomine patris, imò & matris: ut *Alvarez*, filho de Alvaro: *Rodriguez*, filho de Rodrigo: *Nunez*, filho de Nuno: *Vasquez*, filho de Vasco: *Martins*, filho de Martinho: *Mendez*, filho de Mendo: *Perez*, e *Pirez*, filhos de Pedro: *Annez*, filho de Anna: *Miguens*, filho de Miguel: *Estevez*, e *Estevens*, filhos de Estevans: *Domingues*, filho de Domingos: *Antunez*, filho de Antonio: *Bernardez*, filho de Bernardo: *Lopez*, filho de Lopo: *Marquez*, filho de Marcos: *Paez*, filho de Payo, Latinè Palaius: *Vellez*, filho de Velleo: *Garcez*, filho de Garcia: *Andrez*, filho de Andre: *Fagundez*, filho de Fagundo.

Cognome patrium. Cognomini patronymico simile est patrium, quod nempe desumitur ex patria, sive oppido, aut Civitate, sive regno, provincia, & natione: v. g. *Portuguez*, ex Lusitania, ut *Antonio Portuguez*: *Aragonez*, ex Aragonia, *Francisco Aragonez*: *Francez* ex Gallia, *Ioam Francez*: *Ingrez* ex Anglia, *Pedro Ingrez*: *Irlandez* ex Hibernia, *Christovam Irlandez*: Braguez, Genovez, Dunquerquez, & sic de aliis.

CLASSIS II.

De verbis, & eorum conjugationibus.

SUBSELLIUM I.

De verbis Lusitanis in genere: eorum modis, temporibus, ac personis.

Conjugatio verborum. EXPLICATA declinatione nominum, pronominum, & cognominum in prima Classe hujus

nostræ Grammaticæ Lusitanæ, sequitur ut explicemus in secunda classe verborum conjugationes. Imprimis conjugatio idem valet, atque conjunctio, & apud Grammaticos est variatio, & declinatio in verbis, quasi multa tempora sub vnum thema, veluti vnum jugum subjungat.

Verbum est pars orationis, quæ modos & tempora habet: neque in casus declinatur: v. g. *Amo, amas, ama: amamos, amays, aman. Como eu amava, como tu amavas, como elle amava*, &c. Verbum aut est personale, aut impersonale: personale habet omnes tres personas, tum in Singulari, tum in Plurali, quales cernuntur in verbo *Amo* proximè exposito. Impersonale est quod prima & secunda persona vtriusque numeri, & tertia multitudinis ferè privatur, tam in voce activa, quàm passiva: ut *convem, he licito, correse pelejase*: expedit, licitum est, curritur, pugnatur.

Personale, & impersonale verbum.

46 Verba Lusitana sive personalia, sive impersonalia sunt in triplici genere: Quia vel sunt activa, vel passiva, vel neutra. Verbum personale activum est quod in omnibus modis, temporibus, & personis servat suam significationem absque juvamine verbi substantivi, *Sou, es, he*: v. g. *Eu amo, tu amas, elle ama. Eu lego, tu les, elle le.* Verbum personale passivum est quod in omnibus modis, temporibus, & personis habet suam significationem, sed cum juvamine verbi substantivi, & participij sui præteriti: v.g. *Eu sou amado, tu es amado, elle he amado.* Ego amor, tu amaris, ille amatur. *Eu sou lido, tu es lido, elle he lido.* Ego legor, tu legeris, ille legitur.

Activum verbum.

Passivum verbum.

Verbum personale neutrum est illud quod in omnibus modis, temporibus, & personis ita habet suam significationem activam, absque juvamine verbi substantivi, ut nequeat habere significationem passivam cum juvamine ejusdem verbi substantivi: v.g. *Embranqueço, embranqueces, embranquece.* Canesco, canescis, cānescit: *Envelheço envelheces, envelhece.* Senesco, senescis, senescit: *Endoudeço, endoudeces, endoudece.* Insanio, insanis, insanit. Quæ diximus de verbo personali triplici, nempe activo, passivo, neutro applicet studiosus lector verbo impersonali, quod definivimus ad calcem *numeri* 45.

Neutrum verbum.

Verbum

Verbum hoc appellatur neutrum, quia nec est vnum, nec est alterum, scilicet nec est activum, nec passivum: non est activum, quia omne verbum activum habet vocem correspondentem passivam, & verbum neutrum passivam non habet, nisi in tertiis personis singularis: & ideo non est passivum personale, de quo loquimur. *Commune* verbum est quod *or* syllaba tantùm finitum activi simul & passivi significationem habet, vt *complector*. *Deponens* est quod *or* syllaba tantùm finitum activi, vel neutri significationem habet, vt *sequor*. 47 Commune verbum. Deponens verbum.

In lingua Lusitana non dantur verba communia, nec deponentia, sicut dantur in Latina: omnia enim Lusitana verba sunt vel activa, vel passiva, vel neutra, & omnia in prima persona singularis numeri, præsentis temporis, Indicativi modi finiuntur litera *o*: v.g. *Eu amo*, *eu embranqueço*, *eu ouço*. Excipiuntur verbum substantivum *Sou*, *eu estou*, item *dou*, *vou*, *sey*, *ey*: sum, sto, do, eo, scio, habeo. Item aliqua verba impersonalia, quæ finiuntur aliis literis, v.g. *Emporta convem*, interest, refert, quæ sunt impersonalia activa: item aliqua impersonalia passiva, quæ finiuntur in *e*, v.g. *bebese*, *correse*. De verbis anomalis non servantibus easdem literas in diversis temporibus, dicemus alibi.

48 Omne verbum constat modis, temporibus, & personis: modi vulgares, & ordinarij sunt quinque, nempe Indicativus, Imperativus, Optativus, Conjunctivus, Infinitivus. Hæc diversitas modorum in singulis verbis nascitur ex diversitate modorum qui reperiuntur in confabulatione humana. Quòd Lusitanium idioma loquatur de modo Indicativo, patebit ex quadam eloquij simplicitate, v. g. quando verbum ante se non habet aliquam particulam, vt quando dicimus. *Amo*, *amava*, *amey*, *amara*, *amarey*: excipitur futurum perfectum. *Ia entam eu terey amado*, quo tempore ponitur particula *ja entam*. Modi in verbis quot. Modi verborum qualiter dignoscantur.

Imperativus modus dignoscitur ex imperio, quo aliquid fieri jubemus, v. g. *Ama tu*, *Amaràs tu*. Optativus innotescit ex desiderio explicato per particulas *Oxalà*, *Gueyra Deos*, *Praza a Deos*, *Prouvera a Deos*.

Vtinam: *Oxala amara eu, ou amasse*: utinam amarem, aut amassem: *Prouvera a Deos que amara eu*: Placuerit Deo quòd ego amavissem. *Praza a Deos que ame eu*. Placeat Deo quòd ego amem.

Conjunctivus patet ex particula *como*. v. g. *como eu amo*: *Como eu amava*: cum amem, cum amarem. Infinitivus apparet ex particula *que*, v. g. *que amo*, *que amey*. Amare, amavisse. Aliquando innotescit ex sola conjunctione duorum verborum, v. g. *desejo amar, ou desejo ser amado*. Cupio amare, vel cupio amari.

49 Omnis modus qui infinitivus non est finitus vocatur, & tales sunt Indicativus, Imperativus, Optativus, Conjunctivus. Præter hos magis vulgares & communes modos, dantur alij duo qui licèt sint minùs frequentes, sunt tamen valde proprij ac peculiares Lusitanæ Linguæ, & alter vocatur potentialis, alter permissivus, de quibus alibi infra.

Tempora in modis verborum. Omne verbum in quolibet ex dictis quinque modis habet tria principaliora tempora nempe præsens, præteritum perfectum, ac futurum: v. g. *Eu amo*, *Eu amey*, *Eu amarey*. Amo, amavi, amabo. Præter dicta tempora habet quodlibet verbum alia tria minùs præcipua, quæ spectant ad tria præcipua, scilicet præteritum imperfectum, præteritum plusquam perfectum, & futurum perfectum, v. g. *Eu amava*, *Eu amara*, *Ia entam eu terey amado*, Amabam, Amaveram, Amavero.

In solo modo Indicativo, & Infinitivo reperiuntur dicta sex tempora: in modo imperativo duo tantùm, præsens, & futurum: non enim præcipitur quod jam præteritum est. Vnde solùm dicimus. *Ama tu*, *Amaras tu*: *Amara elle*. Ama, vel amato: Amato tu vel amabis: Amato ille, vel amabit. In Optativo idemmet tempus inservit pro præsenti ac præterito imperfecto: v.g. *Oxala amara eu, ou amasse*, Vtinam amarem. Quæ planiùs innotescent, cum infra in suis subselliis collocaverimus tres verborum Lusitanorum conjugationes

50 Præter dicta sex tempora sunt in modo infinitivo

duo supina, & quatuor participia. Primum temporis præsentis in sola voce activa. Secundum temporis futuri in sola voce activa. Tertium etiam futuri in sola voce passiva. Quartum temporis præteriti in eadem voce passiva. Sunt etiam tria gerundia, de quibus & ipsorum formationibus infra agemus.

In singulis temporibus habet vnumquodque verbum tres Personas in singulari, & tres in plurali. Tres numeri singularis sunt *Eu*, *tu*, *elle*: v.g. *Eu amo*, *tu amas*, *elle ama*. Amo, amas, amat. Tres pluralis numeri sunt *nòs*, *vòs*, *elles*: v.g. *nòs amamos*: *vòs amays*, *elles amam*. Amamus, amatis, amant. Vbi observandum est in singulari quidquid non est, *Eu*, vel *tu* esse tertiam personam, v.g. *Pedro*, *Francisco*, *pao*, *pedra*. Vnde dicimus *Pedro ama*, *Francisco ensina*, *O pao he brando*, *A pedra he dura*. Petrus amat Franciscus docet, Lignum est molle, lapis est durus. Eâdem ratione in plurali quidquid non est *Nòs*, *e vòs* est tertia persona. Sic dicimus: *os Pedros sam es forçados*, *os Franciscos sam sabios*, *os paos sam brandos*, *As pedras sam duras*. Petri sunt strenui, Francisci sunt sapientes, ligna sunt blanda, lapides sunt duri. Personæ in verbis.

Notandum est primò Lusitanos non uti secunda persona singularis *tu*, nisi quando loquuntur cum Persona admodum abjecta, vel admodum familiari: quando enim loquuntur cum persona extranea aliqualis æstimationis, utuntur secunda persona pluralis, v.g. *vos soys*, *vos amays*, & non dicunt *Tu es*, *tu amas*. Personarum usus in verbis.

Tertia persona utriusque numeri pertinet ad titulos, quibus nominamus personas digniores. Tituli sunt. *Vossa Merce*, *Reverendissima*, *senhoria*, *Illustrissima*, *Excellencia*, *Eminencia*, *Alteza*, *Magestade*. Notetur quòd quando dirigimus sermonem ad personas horum titulorum capaces, utimur illis titulis, & non tertiâ personâ, *Elle*, *ella*; *elles*, *ellas*. Est enim fœda inurbanitas, quando loquimur ad similes personas dicere *Ouça elle*, *ou ella*: *Ouçam elles*, *ou ellas*. Audiat ille, vel illa; Audiant illi, vel illæ. Verùm dicimus *Ouça vossa Senhoria*, *vossa Excellencia*; *Ouçam vossas Senhorias*, *vossas Excellencias*.

ceilencias. Aliquando absque inurbanitate dirigendo sermonem ad similes personas utimur secunda persona, jungendo vocem *Senhor, ou senhora : Ouvi senhores, ou senhoras.*

51 Notandum, est 2. in lingua Lusitana sicut etiam in Latina aliquando exprimi primam & secundam personam tam singularis, quàm pluralis numeri, aliquando non exprimi, v.g. *Eu mo, tu amas* : *Nos amamos, vòs amays* : Item *Amo, amas* : *amamos, amays.* Verùm tertia persona tam singularis, quàm pluralis semper debet exprimi : v.g. *elle ama*, *Pedro ama* : *Elles amam*, *os homens amam.* Excipitur quando verbum in plurali ponitur neutraliter : v.g. *dizem*, *contam*, *referem* : fertur, narratur, refertur.

Notandum est tertiò in modo Imperativo non dari primam personam singularis : quia nemo sibi imperat: dari tamen primam personam pluralis numeri : v. g. *amemos nòs; façamos nòs todos os presentes*; diligamus nos, faciamus nos omnes præsentes : quia tunc cadit illud præceptum, vel exhortatio saltem secundariò in præcipientem, vel exhortantem.

Notandum est 4. Lusitanos in nostris verbis sæpe exprimere dictas tres personas *Eu*, *tu*, *elle* : *Nós*, *vós*, *elles* per particulas *me*, *te*, *se* : *nos*, *vos*, *se*, in quo eventu particulæ *nos*, *vos* carent accentu quo solent notari nôs, vôs. Hoc facimus duobus modis : primo quando exprimimus dictas personas *Eu, tu, elle*: & tunc ponimus dictas particulas *me*, *te*, *se*, ante verbum, sed in diverso casu, nempe accusativo : v.g. *Eu me envergonho, tu te envergonhas, elle se envergonha*: *nós nos envergonhamos*, *vós vos envergonhays*, *elles se envergonham.* Ego erubesco, tu erubescis, ille erubecit : nos erubescimus, vos erubescitis, illi erubescunt.

52 Secundo modo quando non exprimuntur dictæ personæ ; & tunc ponuntur dictæ particulæ post verbum. v.g. *Envergonhome*, *envergonhaste*, *envergonhase*: *Envergonhamonos*, *envergonhaysvos*, *envergonhamse.* Erubesco, erubescis, erubescit : Erubescimus, erubescitis, erubescunt. Idem cernitur in verbis *Corrome*, ou *eu me corro*, erubesco : *Presome*, ou *eu me preso*, jactor : & similibus. Addo omne fere verbum Lusitanum

tanum admittere similem modum accepta ante, vel post se particula illa, v.g. *Eu me amo, eu me ensino, eu me ouço, eu me louvo, eu me conheço.* Vbi particula *me* ponitur ante verbum. Similiter *amome, ensinome ouçome, louvome, conheçome*: ubi particula ponitur post verbum. Secunda persona pluralis exprimitur aliquando in verbo addita particula *des*, v.g. *como fordes muyto tempo doente, nam me espantarey, se vos vir fraco.* Cum diu ægrotaberis, non mirabor videns te debilem. Mitto plura similia ad Classem, & subsellium de syntaxi.

SVBSELLIVM II.

De verbo Sou, ou Estou.

Antequam designemus conjugationes verborum regularium, quæ cæterorum mensura esse possunt: & ante sermonem de anomalis, vel irregularibus, quæ à regularium communi ratione discedunt, scire radicitùs oportet naturam verbi *Sou*, ou *Estou*. Quia licèt hujusmodi verbum sit anomalum, & omnium irregularissimum, tamen omnino inservit ad exactam cognitionem omnium verborum passivorum, quæ tanquam individuus comes associat in omnibus modis, & personis. 55 Verbum Sou, ou Estou est anomalũ.

Habet hoc verbum duas partes, alteram *Sou*, alteram *Estou*: prior inservit omnibus verbis passivis, vt suo loco videbimus, & exemplificabimus. Posterior jungi potest cum omnibus verbis activis in omnibus modis, & temporibus, v.g. *Estou, estava, estive estivera, estarey lendo, escrevendo, ensinando, ouvindo,* de quo latiùs suo loco. Vtraque pars est anomala, vel irregularis, & quælibet spectat ad diversam conjugationem, prior ad secundam ob Infinitivum *ser*, posterior ad primam ob infinitivum *estar*.

Vocatur hoc verbum substantivum per analogiam & similitudinem ad nomen substantivum: quia sicut nomen substantivum potest esse in oratione absque Substantivum verbum.

 juvamine

juvamine nominis adjectivi, & nullum nomen adjectivum potest esse in oratione sine ope alicujus substantivi, ita verbum Sou potest in oratione esse absque adminiculo cujuslibet alterius verbi, & nullum verbum passivum valet subsistere in oratione absque ope prædicti verbi substantivi, cujus conjugatio sequens est.

54 Exemplar verbi sous vel Estou.

CONIVGATIO VERBI, substantivi Sou, ou Estou.

INDICATIVI MODI, tempus præsens. Italicè.

Eu sou, ou estou.	*Sum.*	Io sono, son, so,
Tu es, ou estâs.	*Es.*	Tu sei, se.
Elle he, ou está.	*Est.*	Colui è.
Pl. Nos somos, ou estamos. *Sumus.*		Noi siamo.
Vôs soys, ou estays.	*Estis.*	Voi siete, e sete.
Elles sam, ou estam.	*Sunt.*	Coloro sono.

Præteritum imperfectum.

Eu era, ou estàva.	*Eram.*	Io era.
Tu eras, ou estàvas.	*Eras.*	Tu eri.
Elle era ou estàva.	*Erat.*	Colui era.
Pl. Nos eramos, ou estàvamos.	*Eramus.*	Noi eravamo.
Vôs ereys, ou estaveys. *Eratis.*		Voi eravate.
Elles eram, ou estavam. *Erant.*		Coloro erano.

Præteritum perfectum.

Eu foy, ou estive.	*Fui.*	Io fui, e sono stato.
Tu foste, ou estiveste. *Fuisti.*		Tu fosti, sei, sè stato.
Elle foy, ou esteve.	*Fuit.*	Colui fù, & è stato.

Nós

Nós ſomos, ou eſtivemos. *Fuimus.*	Noi fummo, e ſiamo ſtati.	Pl.
Vós foſtes, ou eſtiveſtes. *Fu'ſtu.*	Voi foſte, e ſiete ſtati.	
Elles foram, ou eſtivèram. *Fuerunt vel fuerunt.*	Coloro furono, e ſono ſtati.	

Præteritum pluſquam perfectum.

Eu fora, ou eſtivèra. *Fueram.*	Io ero ſtato.	
Tu foras, ou eſtivèras. *Fueras.*	Tu eri ſtato.	
Elle fora, ou eſtivèra. *Fuerat.*	Colui era ſtato.	
Nós foramos, ou eſtiveramos. *Fuerâmus.*	Noi eravamo ſtati.	Pl.
Vós foreys, ou eſtivereys. *Fueratis.*	Voi eravate ſtati.	
Elles foram, ou eſtivèram. *Fuerant.*	Coloro erano ſtati.	

Futurum imperfectum.

Eu ſerey, ou eſtarey. *Ero.*	Io ſarò.	
Tu ſerâs, ou eſtarás. *Eris.*	Tu ſarai.	
Elle ſerâ, ou eſtarâ. *Erit.*	Colui ſarà.	
Nôs ſeremos, ou eſtaremos. *Erimus.*	Noi ſaremo.	Pl.
Vôs ſereys, ou ſtareys. *Eritis.*	Voi ſarete.	
Elles ſeràm, ou eſtaràm. *Erunt.*	Coloro ſaranno.	

Futurum perfectum.

Ia eu entam ſerey, ou eſtarey. *Fuero.*	Io ſarò ſtato.
Ia tu entam ſerâs, ou eſtarâs. *Fueris.*	Tu ſarai ſtato.

Ia elle entam ſerâ, ou eſtarâ.	*Fuerit.*	Colui ſarà ſtato.
Pl. Ia nôs entam ſeremos, ou e ſtaremos.	*Fuerimus.*	Noi ſaremo ſtato.
Ia vôs entam ſereys, ou eſtareys.	*Fueritis.*	Voi ſarete ſtato.
Ia elles entam ſeràm, ou eſtarám.	*Fuerint.*	Coloro ſaranno ſtato.

IMPERATIVI MODI tempus præſens.

Se tu, ou eſtâ.	*Es vel eſto.*	Sii tu.
Seja elle, ou eſteja.	*Sit.*	Sia colui.
Pl. Sejamos nôs, ou eſtejamos.	*Simus.*	Siamo noi.
Sede vôs, ou eſtay.	*Eſte vel eſtote.*	Siate voi.
Sejam elles, ou eſtejam.	*Sint.*	Siano coloro.

Futurum, ſive modus mandativus.

Serâs tu, ou eſtarâ s.	*Eſto tu vel eris.*	Sarai tu.
Serâ elle, ou eſtarâ.	*Eſto ille vel erit.*	Sarà colui.
Pl. Sereys vôs, ou eſtareys,	*Eſtote, vel eritis.*	Sarete voi.
Seram elles, ou eſtaràm.	*Sunto, vel erunt.*	Saranno coloro.

OPTATIVI MODI tempus præſens, & imperfectum.

Oxala fora eu, ou foſſe: Eſtivera, ou eſtiveſſe.	*Vtinam eſſem.*	Dio voleſſe ch'io foſſi o ſarei io.
Foras tu ou foſſes: Eſtiveras, ou eſtiveſſes.	*Eſſes.*	Foſſi, e ſareſti tu,

Fora

Fora elle, ou foſſe: Eſtivera, ou eſtiveſſe. *Eſſet.*	Foſſe, es ſarebbe colui.	
Oxala foramos nôs ou foſſemos, eſtiveramos, ou eſtiveſſemos. *Vtinam eſſemus.*	Foſſimo, e ſaremo noi.	Pl.
Foreys vôs, où foſſeys: Eſtivereys, ou eſtiveſſeys. *Eſſetis.*	Foſte, e ſareſte voi.	
Foram elles, ou foſſem: Eſtiveram, ou eſtiveſſem. *Eſſent.*	Foſſero, e ſarebbero coloro.	

Præteritum perfectum.

Queyra Deos que foſſe eu, ou eſtiveſſe. *Vtinam fuerim.*	I dio voglia che io ſia ſtato.	
Que foſſes tu, ou eſtiveſſes. *Fueris.*	Tu ſij ſtato.	
Que foſſe elle, ou eſtiveſſe. *Fuerit.*	Colui ſia ſtato.	
Queyra Deos que foſſemos nôs, ou eſtiveſſemos. *Vtinam fuerimus.*	I dio voglia che noi ſiamo ſtati.	Pl.
Que foſſeys vôs, ou eſtiveſſeys. *Fueritis.*	Voi ſiate ſtati.	
Que foſſem elles, ou eſtiveſſem. *Fuerint.*	Coloro ſiamo ſtati.	

Præteritum pluſquam perfectum.

Prouvèra a Deos que forà eu, ou eſtivêra. *Vtinam fuiſſem.*	Dio voleſſe che io foſſi ſtato e ſarei ſtato io.
Que foras tu, ou eſtivêras. *Fuiſſes.*	Foſti tu ſtato, e ſareſti ſtato.
Que fora elle, ou eſtivêra. *Fuiſſet.*	Foſſe ſtato, e ſarrebbe ſtato colui.

Prouvera

Pl. Prouvera à Deos que foramos nôs, ou estiveramos. *Vtinam fuissemus.*	Fossimo stati, e saremmo stati noi.
Que foreys vôs, ou estivereys. *Fuissetis.*	Foste stati, e sareste stati voi.
Que foram elles, ou estiveram. *Fuissent.*	Fossero, & sarebbono stati coloro.

Futurum.

Praza à Deos que seja eu, ou esteja. *Vtinam Sim.*	Dio voglia che io sia.
Que sejas tu, ou estejas. *Sis.*	Sia, ò sij tu.
Que seja elle, ou esteja. *Sit.*	Sia quello, o colui.
Pl. Praza à Deos que sejamos nôs ou estejamos. *vtinam simus.*	Siamo noi.
Que sejays vôs, ou estejays. *Sitis.*	Siate voi.
Que sejam elles, ou estejam. *Sint.*	Siano coloro.

CONIVNCTIVI MODI tempus præsens.

Como eu sou, ou estou, ou sendo eu. *Cum Sim,*	Conciosia cosa che io sia.
Como tu es, ou estâs, ou sendo tu. *Sis.*	Tu sia, o sij.
Como elle he, ou estâ, ou sendo elle. *Sit.*	Colui sia.
Pl. Como nôs somos, ou estamos, ou sendo nôs. *Cum simus.*	Che noi siamo,
Como vôs soys, ou estays, ou sendo vôs. *Situ.*	Voi siate.
Como elles sam, ou estam, ou sendo elles. *Sint.*	Coloro siano o sieno.

Præteritum imperfectum.

Como eu era, ou estava, ou sendo eu. *Cum essem.*	Conciosia cosa che io fossi, e sarei.
Como tu eras, ou estavas, ou sendo tu. *Esses.*	Tu fossi, e saresti.
Como elle era, ou estava, ou sendo elle. *Esset.*	Colui fosse e sarebbe. Pl.
Como nòs eramos, ou estavamos, ou sendo nòs. *Cum essemus.*	Noi fossimo, e sarevemo.
Comos vos ereys, ou estavays, ou sendo vòs. *Essetis.*	Voi foste, e sareste.
Como elles eram, ou estavam, ou sendo elles. *Essent.*	Coloro fossero, o sarebbero, o sarebbeno.

Præteritum perfectum.

Como eu fuy, ou estive, ou sendo eu. *Cum fuerim.*	Conciosia cosa che io sia stato.
Como tu foste, ou estiveste, ou sendo tu. *Fueris.*	Tu sia, o sij stato. Pl.
Como elle foy, ou esteve, ou sendo elle. *Fuerit.*	Colui sia stato.
Como nòs fomos, ou estivemos, ou sendo nòs. *Cum fuerimus.*	Noi siamo stati.
Como vòs fostes, ou estivestes, ou sendo vòs. *Fueritis.*	Voi siate stati.
Como elles foram, ou estiveram, ou sendo elles. *Fuerint.*	Coloro siano, o sieno stati.

Præteritum.

Præteritum plusquam perfectum.

Como eu fora, ou estivera, ou sendo eu. *Cum fuissem.*	Concósia cosa che io fossi, o sarei stato.
Como tu foras, ou estiveras, ou sendo tu. *Fuisses.*	Tu fossi o saresti stato.
Como elle fora, ou estivera, ou sendo elle. *Fuisset.*	Colui fosse, e sarebbe stato.
Pl. Como nôs foramos, ou estiveramos, ou sendo nôs. *Cum fuissemus.*	Noi fossimo, e saremmo stati.
Como vôs foreys, ou estivereys, ou sendo vôs. *Fuissetis.*	Voi foste, e sareste stati.
Como elles foram, ou estiveram, ou sendo elles. *Fuissent.*	Coloro fossero, o sarebbero stati.

Futurum.

Como eu for, ou estiver. *Cum fuero.*	Conciosia cosa che io sarò stato.
Tu fores, ou estiveres. *Fueris.*	Tu sarai stato.
Elle for, ou estiver. *Fuerit.*	Colui sarà stato.
Pl. Como nôs formos, ou estivermos. *Cum fuerimus.*	Noi saremo stati.
Vôs fordes, ou estiverdes. *Fueritis.*	Voi sarete stati.
Elles forem, ou estiverem. *Fuerint.*	Coloro saranno stati.

CONIVN

CONIVNCTIVI MODI, propriæ voces Luſitanæ.

Præſens.

Poſto que eu ſeja, ou eſteja. *Quamvis ſim.*	Benche io ſia.
Tu ſejas, ou eſtejas. *Sis.*	Tu ſij.
Elle ſeja, ou eſteja. *Sit.*	Colui ſia.
Poſto que nôs ſejamos, ou eſtejamos. *Quamvis Simus.*	Benche noi ſiamo. Pl.
Vôs ſejays, ou eſtejays. *Sitis.*	Voi ſiate.
Elles ſejam, ou eſtejam. *Sint.*	Coloro ſiano.

Præteritum imperfectum.

Poſto que eu fora, ou foſſe, eſtivera, ou eſtiveſſe. *Quamvis Eſſem.*	Benche io foſſi e ſarei.
Tu foras, ou foſſes, eſtiveras, ou eſtiveſſes. *Eſſes.*	Tu foſſi e ſareſti.
Elle fora, ou foſſe, eſtivera, ou eſtiveſſe. *Eſſet.*	Colui foſſe e ſarebbe.
Poſto que nôs foramos, ou foſſemos, eſtiveramos, ou eſtiveſſemos. *Quamvis Eſſemus.*	Benche noi foſſimo e ſaremo. Pl.
Vôs foreys, ou foſſeys, eſtivereys, ou eſtiveſſeys. *Eſſetis.*	Voi foſte e ſareſte.
Elles foram, ou foſſem, eſtiveram, ou eſtiveſſem. *Eſſent.*	Coloro foſſero e ſarebbono.

Præteritum

Præteritum perfectum.

Posto que eu fuy, ou estive.	*Quamvis fuerim.*	Benche io sia stato.
Posto que tu foste, ou estiveste.	*Fueris.*	Tu sij stato.
Posto que elle foy, ou esteve.	*Fuerit.*	Colui sia stato.
Pl. Posto que nôs somos, ou estivemos.	*Quamvis fuerimus.*	Benche noi siamo stati.
Posto que vôs fostes, ou estivestes.	*Fueritis.*	Voi siate stati.
Posto que elles foram, ou estiveram.	*Fuerint.*	Coloro siano stati.

Præteritum plusquam perfectum.

Posto que eu fora, ou estivera.	*Quamvis fuissem.*	Benche io fossi, & sarei stato.
Que tu foras, ou estiveras.	*Fuisses.*	Tu fossi e saresti stato.
Que elle fora, ou estivera.	*Fuisset.*	Colui fosse è sarebbe stato.
Pl. Posto que nôs foramos, ou estiveramos.	*Quamvis fuissemus.*	Benche noi fossemo è saremmo stati.
Que vôs foreys, ou estivereys.	*Fuissetis.*	Voi foste, e sareste stati.
Que elles foram, ou estiveram.	*Fuissent.*	Coloro fossero e sarebbero stati.

MODI POTENTIALIS
tempus præsens.

Que seja eu, ou esteja, que hey eu de ser, ou estar, serey eu, ou estarey.	*Sim.*	Che io sia: che io habbia essere;

da essere, overo che io possa, debba, o voglia essere.

Præteritum imperfectum.

Seria eu, ou estaria, fora eu, ou estive ra, pudera ser, ou estar. *Essem.*	Sarei io, potrei, doverei io essere, overo che io possa, debba o voglia essere.

Præteritum perfectum.

Pude eu ser, ou estar. *Fuerim.*	Che io sia stato, o che io habbia potuto, dovuto, o voluto esser.

Præteritum plusquam perfectum.

Fora eu, ou estivera, podera ser, ou estar. *Fuissem.*	Che io sarei stato; haverei io potuto, dovuto, o voluto essere.

Futurum.

Seria eu, ou estaria, serey, eu estarey, poderey eu ser, ou estar. *Fuerim.*	Saro io, ovuro potuto, doverò, o vero io essere.

MODI PERMISSIVI; SEU commissivi, tempus præsens.

Seja eu, ou esteja, doulhe que seja, ou esteja,

masque ſeja, ou eſteja. *Sim.*	Io ſia, poſto che io ſia, ancorche io ſia.

Prateritum imperfectum.

Fora eu, ou eſtivera, doulhe que fora, ou eſtivera, masque fora, ou eſtivera. *Eſſem.*	Io foſſi, poſto ch'io foſſi, ancorche io foſſi,

Prateritum perfectum.

Foſſe eu, ou eſtiveſſe, doulhe que foſſe, ou eſtiveſſe, masque foſſe, ou eſtiveſſe. *Fuerim.*	Io ſia ſtato, poſto ch'io ſia ſtato: ancorche io ſia ſtato.

Prateritum pluſquam perfectum.

Fora eu, ou eſtivera, doulhe que fora, ou eſtivera, masque fora ou eſtivera. *Fuiſſem.*	Io foſſi ſtato, poſto ch'io foſſi ſtato: ancorche io foſſi ſtato.

Futurum.

Doulhe que venha, ou chegue eu à ſer, ou eſtar. *Fuere.*	Io habbia da eſſere: poſto che io habbia da eſſere: ancorche io habbia da eſſere.

INFINITI MODI

tempus præsens.

Ser, ou que ſou, es, he, ſomos, ſoys, ſam, Eſtar, ou que eſtou, eſtàs, eſtà, eſtamos, eſtays, eſtam. *Eſſe.* Eſſere.

Præteritum imperfectum.

Ser, ou que era, eras, era; eramos, ereys, erã. Eſtar, ou que eſtava, eſtavas, eſtava: eſtavamos, eſtaveys, eſtavam. *Eſſe.* Eſſere.

Præteritum perfectum.

Que fuy, foſte, foy: fomos, foſtes, foram. ou que eſtive, eſtiveſte, eſteve: eſtivemos, eſtiveſtes, eſtiveram *Fuiſſe.* Eſſere ſtato.

Præteritum plusquam perfectum.

Que fora, foras' fora: foramos, foreys, foram: ou que eſtivera, eſtiveras, eſtivera: eſtiv eramos, eſtivereys, eſtiver am. *Fuiſſe.* Eſſere ſtato.

Futurum.

Que ey, has, ha de ſer; ou que ſerey, ſeràs, ſera, ou eſtarey, eſtaràs, eſtarà. *Fore, vel futurum eſſe.* Doves eſſere.

Pl. Que avemos, aveys, ham de ser, ou estar, ou que seremos, sereys, seràm, ou estaremos, estareys, estaràm. *Fore vel futuros, as, a, esse.*

Futurum perfectum.

Que ouvèra, ouvèras, ouvèra de ser, ou estar. *Futurum, am, um fuisse.*	Havere ad essere.
Pl. Que ouvèramos, ouvereys, ouveram de ser, ou estar. *Futuros as, a fuisse.*	Cosa da essere.

Participium futuri temporis.

O que ha, ou ouver de ser, ou estar. *Futurus, a, um.*	Cosa da essere.

SVBSELLIVM III.

Observationes circa verbum Sou, *ou* Estou, *tùm peculiares, tum pertinentes ad reliqua verba.*

verba sou, & vou in præteritis æquivocantur.

TRia occurrunt observanda quæ ad verbum *Sou*, ou *estou* peculiariter spectant. Primum est præteritum perfectum modi indicativi spectans ad verbum *Sou* quod sic habet *Eu fuy*, cum reliquis personis singularis, & pluralis æquivocatur omninò cum præterito perfecto indicativi spectante ad verbum *vou*, ita ut scribatur utrumque iisdem omninò literis, *Eu fuy*: est tamen inter utrunque hoc discrimen, quòd post

præteritum

præteritum verbi *vou*, ſemper ſequitur nomen ſubſtantivum loci cum motu, quod aliquando habet adiectivum cum quo cohæret, v.g. *Fuy a Roma, fuy a Lisboa*, ou *Fuy à famosa Roma, Fuy à grande Lisboa*: Ivi Romam, Ivi Olyſſiponem vel Ivi pulchram Romam, Ivi magnam Olyſſiponem: aliquando ſequitur verbum infiniti modi, *Fuy ver, fuy ler*. Ivi videre, Ivi legere. Verùm præteritum verbi *Sou* ſemper poſt ſe habet ſubſtantivum, vel adiectivum abſque motu, v.g. *Fuy bom estudante. Lisboa foy fundada por Vlysses*. Etiam æquivocantur eadem ratione, & differentia dicta duo verba in præteritis pluſquam perfectis indicativi, & futuris coniunctivi: *Eu fora, foras, fora. Como eu for, fores, for* &c.

Secundum eſt. Non ſolùm cum verbis, ſed etiam cum aliis vocibus Luſitanis æquivocantur multæ perſonæ verbi *Sou*: v.g. *Elles sam* æquivocatur cum nomine *sam*, Latinè ſanus: Eu era, tu eras, elle era cum nomine ſingularis numeri *Era*: Latinè hedera, & cum eodem in plurali *Eras*. Latinè hederæ: *Eu fora, elle fora* cum præpoſitione *fora*, Latinè extra: *Elles foram* cum nomine *foràm*, quod eſt animal Latinè viverra: *Elles seram* cum nomine *Seràm* Latinè pernoctatio. *Se tu* cum præpoſitione *se*, cum pronomine *se*, & cum nomine *Sè*. *Sede vòs* cum nomine *sede*, ſitis. Æquivocatio verbi *sou* cum aliis vocibus.

Verbum *Estou* duas etiam habet perſonas, quæ æquivocantur cum duobus numeris eiuſdem nominis, v.g. *Tu estàs, Elle està* cum nomine *esta* in ſingulari, & eodem *estas* in plurali, Latinè Iſta, Iſtæ. Hæ voces diſtinguuntur inter ſe vel per accentum, ſi altera ſolum illum habet, vel per orationis contextum, ſi neutra accentum habeat. 66 *Estou* æquivocatur.

Tertium eſt. Aliqui vitioſè & quidem barbarè, cum debeant dicere *Nòs somos, vòs soys* dicunt *Nòs samos, vòs sondes*. Alij æquè barbarè ſcribunt totum futurum indicativi cum litera *a*, v.g. *Sarey, saràs, sarà* cum debeant ſcribere & pronunciare cum *e*, *serey, seràs serà*: utrumque valdè abhorret ab iis, qui volunt caſtè loqui. Alij denique in omnibus modis utuntur hac voce *Sida* quæ Caſtellana & non Luſitana eſt, juncta cum *Sido* Caſtellana vox.

Pl. Que avemos, aveys, ham de ser, ou estar, ou que seremos, sereys, seràm, ou estaremos, estareys, estaràm. *Fore vel futuros, as, a, esse.*

Futurum perfectum.

Que ouvèra, ouvèras, ouvèra de ser, ou estar. *Futurum, am, um fuisse.* — Havere ad essere.

Pl. Que ouvèramos, ouvereys, ouveram de ser, ou estar. *Futuros as, a fuisse.* — Cosa da essere.

Participium futuri temporis.

O que ha, ou ouver de ser, ou estar. *Futurus, a, um.* — Cosa da essere.

SVBSELLIVM III.

Observationes circa verbum Sou, *ou* Estou, *tùm peculiares, tum pertinentes ad reliqua verba.*

verba sou, & vou in præteritis æquivocantur.

Tria occurrunt observanda quæ ad verbum *Sou*, ou *estou* peculiariter spectant. Primum est præteritum perfectum modi indicativi spectans ad verbum *Sou* quod sic habet *Eu fuy*, cum reliquis personis singularis, & pluralis æquivocatur omninò cum præterito perfecto indicativi spectante ad verbum *vou*, ita ut scribatur utrumque iisdem omninò literis, *Eu fuy*: est tamen inter utrunque hoc discrimen, quòd post præteritum

præteritum verbi *vou*, ſemper ſequitur nomen ſubſtantivum loci cum motu, quod aliquando habet adiectivum cum quo cohæret, v.g. *Fuy a Roma, fuy a Lisboa*, ou *Fuy â famoſa Roma, Fuy â grande Lisboa*: Ivi Romam, Ivi Olyſſipónem vel Ivi pulchram Romam, Ivi magnam Olyſſiponem: aliquando ſequitur verbum infiniti modi, *Fuy ver, fuy ler*. Ivi videre, Ivi legere. Verùm præteritum verbi *Sou* ſemper poſt ſe habet ſubſtantivum, vel adiectivum abſque motu, v. g. *Fuy bom eſtudante. Liſboa foy fundada por Vlyſſes*. Etiam æquivocantur eadem ratione, & differentia dicta duo verba in præteritis pluſquam perfectis indicativi, & futuris coniunctivi: *Eu fora, foras, fora. Como eu for, fores, for* &c.

Secundum eſt. Non ſolùm cum verbis, ſed etiam cum aliis vocibus Luſitanis æquivocantur multæ perſonæ verbi *Sou*: v.g. *Elles ſam* æquivocatur cum nomine *ſam*, Latinè ſanus: Eu era, tu eras, elle era cum nomine ſingularis numeri *Era*: Latinè hedera, & cum eodem in plurali *Eras*. Latinè hederæ: *Eu fora, elle fora* cum præpoſitione *fora*, Latinè extra: *Elles foram* cum nomine *foràm*, quod eſt animal Latinè viverra: *Elles ſeram* cum nomine *Seràm* Latinè pernoctatio. *Se tu* cum præpoſitione *ſe*, cum pronomine *ſe*, & cum nomine *Sè. Sede vôs* cum nomine *ſede*, ſitis.

Æquivocatio verbi ſou cum aliis vocibus.

In *num.*75. diximus nullum verbum primæ conjugationis absolutè anomalum vocari posse. Aliquis forte vellet appellare anomala verba primæ conjugationis, quæ in Infinitivo terminantur syllaba *se* v.g. *acanharse*, *assankarse*, *namorarse*, & similia. Verùm huiusmodi verba anomala dici nequeunt: habent enim Infinitivum terminatum in *ar*, ut reliqua: quamvis ex quodam Lusitanismo, seu Dialecto Lusitano admittant sibi adhærens pronomen *se*, sicut & pronomina *me*, & *te*, de quibus diximus *num.*23. *&* 24.

94 *Anomala secundæ conjugationis* Superest sigillatim designare & exponere verba anomala secundæ & tertiæ conjugationis. Ad secundam conjugationem imprimis spectat verbum *Sou*, de quo satis dictum est, *à num.*53. habet enim secundam personam in *es*, & Infinitivum in *er*, & in modo conjugandi alia tempora magis assimilatur verbis secundæ, quàm verbis primæ ac tertiæ conjugationis. Ex eadem ratione ad secundam conjugationem pertinent verba *ey*, & *tenho*. Item verbum *Faço*, *fazes*, *faz*: quod habet in præterito *fiz*, in Infinitivo *fazer*, in participio præteriti *feyto*,

Faço, tenho anomala.

feyto. Verbum *Tenho*, *tens*, *tem* cum suis compositis *Atenho*, *contenho*, *detenho*, *mantenho*, *retenho*, *sostenho* habet in præterito *tive*, in Infinitivo *ter*, in participio præteriti *tido*. Verbum *Sey*, *sabes*, *sabe*, in præterito *soube*, in Infinitivo *saber*, in participio præteriti *sabido*.

Dictis accedunt verbum *Posso*, *podes*, *pode*: in præterito *pude*, in Infinitivo *poder*, in participio præteriti nihil: non enim rectè dicimus *podido*. Verbum *digo*, *dizes*, *diz*, cum suo composito *desdigo*, in præterito *disse*, in Infinitivo *dizer* in participio præteriti *dito*. Verbum *Trago*, *trazes*, *traz*, in præterito *trouxe*, in Infinitivo *trazer*, in participio præteriti *trazido*. Verbum *Quero*, *queres*, *quer*, in præterito *quiz*, in infinitivo *querer*, in participio præteriti *querido*. His adde composita *namquero*, *maysquero*. Posse, podes, anomala.

Ad eandem secundam conjugationem pertinet verbum defectivum *Aprazme*, *aprazte*, *aprazlhe*, in præterito *aprouveme*, in Infinitivo *aprazerme* caret participio præteriti. Est etiam defectivum apud Lusitanos: *Soes*, *soe*, *soem*, in præsenti Indicativi. *Soia*, *soias*, *soia*: *Soiamos*, *Soieys*, *soiam*; in præter. imperf. cui verbo respondet Latinum *Soleo*, *es*. Ad eandem spectat verbum *ponho*, *pons*, *poem*, in præterito *puz*, in Infiuitivo *por*, in participio præteriti *posto*, cum suis compositis *Anteponho*, *componho*, *deponho*, *disponho*, *exponho*, *imponho*, *interponho*, *opponho*, *proponho*, *preponho*, *posponho*, *reponho*, *supponho*, *tresponho*. Aprazme anomalũ.

Eo quòd hujusmodi verbum *ponho*, cum suis quatuordecim compositis sit valde extraordinarium & diffidens à reliquis omnibus triplicis conjugationis expositæ, videbitur alicui Grammatico posse ac debere ex illis omnibus formari quartam conjugationem à tribus expositis differentem. Hoc tamen admitti nequit: nam quælibet conjugatio constat ex varietate diversorum verborum, quæ habent eundem, aut similem modum conjugandi: at dicta illa verba censentur esse unum tantum cum suo simplici *ponho*, quod licèt nec habeat secundam personam præsentis Indicativi in *es*, nec Infinitivum in *er*, sicut reliqua habent pro signo distinctivo secundæ conjugationis, tamen visum nobis illud reducere po- Ponho cũ compositis anomala.

tius

tiùs ad ſecundam conjugationem, quàm ad alias: quia cum prima vel tertia nullam omnino ſimilitudinem habet, aliqualem tamen cum ſecunda: nam in præterito pluſquàm perfecto facit, *Puzera, puzeras, puzera*, ſicut *leyo facit lera, leras, lerà*: & in futuro conjunctivi facit: *Como eu puzer, puzeres, puzer*, ſicut lego facit: *Como eu ler, leres, ler.*

95 Ad tertiam conjugationem ſpectat verbum, *Rio, ris, ri*, quod facit in præterito *ri*, in Infinitivo *rir*, & caret participio præteriti. Aliqui non ineptè dicunt: *Foy rido de todos.* Fuit irriſus ab omnibus. Item *venho, vens, vem*, in præterito *vim*, in Infinitivo *vir*, in participio præteriti *vindo*, ſimiliter eiuſdem compoſita, *Avenho, antevenho, convenho, intervenho.* Item verbum imperſonale *convem*, in præterito *conveyo*, in Infinitivo *convir*, caret participio præteriti.

Anomala tertiæ cõjugationis.

Ad eandem conjugationem ſpectat etiam verbum *vou, vaz, vay*, ſeu ut alij dicunt *vas*, quod inter omnia magis anomalum & irregulare eſt propter notabilem & extraordinariam varietatem, quam ſubit in omnibus quaſi temporibus, ideoque á nobis hic ponendam. In præterito imperfecto *hia, hias, hia*, in quo ſolo ponitur aſpiratio. In præterito perfecto *Fuy, ou tenho ido, foſte, foy*, in præterito pluſquam perfecto, *Fora, ou tinha ido, foras, fora*: In futuro primo: *Irey, iràs, irà.* In futuro ſecundo: *Ia entam eu terey ido.* In præſenti imperativi: *Vay tu, và elle*: *Vamos nòs, ide vòs, vam elles*, In futuro imperativi, *Iràs tu, irà elle.* In futuro optativi: *Praza a Deos que và eu.* In futuro conjunctivi *Como eu for, ou tiver ido.* In præſenti, & imperfecto Infinitivi: *Ir, ou que vou, vas, vay*: *Ir, ou que hia, hias, hia.* In participio præteriti *ido.*

Vou, verbum.

Quod attinet ad formationes, omne verbum anomalum in temporibus quibus diſcedit à regula verborum, ad quorum claſſem ſeu conjugationem pertinet, non habet formationem: cum enim prout ſic dicatur irregulare, nequit habere regulam juxta quam formetur. In reliquis autem temporibus ſervabit regulam verborum ad quorum claſſem ſpectat. Anomala igitur ut ſic formabit facile qui exercitatus fuerit in formandis

Formationes anomalorum.

formandis verbis regularibus, de quorum formationibus egimus à *num.* 85.

CLASSIS III.

De dictionibus Lusitanis absolutè acceptis: & de illis quæ nec sunt nomina, nec verba.

SVBSELLIVM I.

De vocibus Lusitanis absolutè acceptis.

IN lingua Lusitana sicut in aliis linguis, sunt voces simplices & compositæ; sunt novæ, & inveteratæ: sunt originales, & derivatæ. De singulis breviter agendum est. Voces simplices quas Lusitani dicunt *singelas*, & *apartadas*, vocantur illæ, quarum partes esse nequeunt dictiones integræ, cum dividantur in puras syllabas & literas, vel sint indivisibiles, si constent unica litera vocali, qualis tertia persona verbi *sou* scilicet *he*, & in imperativo verbi *vou* i, pro *ide*. Dictiones simplices.

Compositæ, quas Lusitani dicunt *juntas*, appellantur illæ quarum partes seorsim significant, vel significare possunt. Sunt igitur dictiones quæ ex diversis dictionibus coalescunt, quales sunt: *Contrafazer*, *Refazer*, *desfazer*. Fingere, reficere, destruere, ubi in prima junguntur *contra*, & *fazer*, in secunda junguntur *re & fazer*, in tertia junguntur *des*, & *fazer*, hoc discrimine quòd in prima pars utraque seorsim significat, in aliis *re* & *des*, non significant separatim, sed possunt significare quando junguntur cum *fazer*, vel alio simili verbo. Compositæ voces.

Idem procedit in quibusdam verbis, qualia sunt *Revender*, *Estovar*, *desconcertar*. Revendere, obstare, enormare,

enormare. Item in quibuſdam adverbiis, v. g. ***Tambem, Nenhures, Algures, Tamalavez,*** Etiam, nullibi, alicubi, tantiſper. Illud notari debet aliquando videri conjunctionem, quæ ſola conſuetudo eſt, qualis cernitur in his vocibus ***apanhar, arranhar, açoutar, abertura, abaſtança, acerto:*** Colligere, diſcobinare, verberare, apertura, abundantia, ſcientia: quia in illis nulla pars ſignificat ſeparatim: ſecus in his, ***acorrer, apparecer, aconſelhar.*** Accurrere, apparere, conſulere: quia in illis ſeparatim ſignificant ***correr, parecer, conſelhar.***

Novitas dictionum. Dictiones novæ ſunt illæ, quas noviter aut ex toto fingimus, aut ex parte invenimus. Ex toto fingimus quando nullo habito reſpectu ad rem inventam, vel occurrentem, illam pro mero libito nominamus, ſicut noſtri priores dixerunt ***toalha, guardanapo:*** mappa, mantile. Ex parte invenimus, quando ad imponendum nomen rei novæ nitimur aliqua congruentia, v. g. hoc nomen ***bombarda***, impoſitum fuit tormento bellicò congruenter ad ſonum illius horribilem, qui voce illa prolata quodammodo editur.

Inveteratæ dictiones. Dictiones inveteratæ dicuntur quæ cum olim in uſu fuerint, jam in oblivionem, ac deſuetudinem abierunt, ſicut ***Ægas***, nomen proprium, & ex appellativis ***ruam,*** quæ olim idem valebat atque ***Cidadam.*** Item ***compegar,*** ſignificabat comedere panem cum eo quod vocamus ***conduto.*** Item ***nemichal da,*** hodie dicimus ***Nem migalha:*** Nec mica. Quod olim dicebatur ***Acaram,*** hodie dicimus ***apar***, id eſt juxta. ***Samicas*** idem erat quod hodie ***porventura***, forſan.

Primitivæ dictiones. Dictiones originales quas Latini vocant ***primitivas,*** ſunt quæ ab aliis originem non ducunt, ſed tota ipſarum nativitas pendet à libera hominum voluntate, proindeque à nonnullis voluntariæ appellantur, ut ***manta, eſteyra, cadeyra,*** lodix, ſtorea, cathedra. Inter has numerari poteſt ***Candieyro***, & propriùs ***candeyo,*** quamvis aliqui hanc vocem deducant à verbo Latino ***candeo, es,*** quod ſignificat ſplendere.

Dictiones derivatæ, quas Luſitani vocant ***tiradas,*** ſunt quæ derivantur ab aliis, ſcilicet à quibus originem trahunt, v. g. ***tinteyro***, derivatur à dictione ***tinta, livreyro.***

tinteyro à voce *livro*, atramentarium ab atramento, librarius à libro.

Marcus Varro Grammaticus antiquus derivationes partitur in voluntarias & naturales. Derivatio voluntaria datur quando una vox deducitur ab alia, non necessariò, sed ad libitum & voluntatem deducentis, nulla certa & infallibili regula semper servanda, v.g. in nominibus propriis à voce *Portugal* deducitur *Portuguèz*, sicut à *França*, *Francez*: & non ideo à *Frandez* dicitur *Frandèz*, sed *Framengo*, sicut à *Galiza* non dicitur *Galiguez*, sed *Galego*, ut à *Grecia Grego*. In appellativis est etiam derivatio voluntaria, quia à voce *sarna* non derivamus *sarnento*, sed *sarnoso*: è contra à voce *sarabulhas* non derivamus *sarabulhoso*, sed *sarabulhento*. Item à voce *pedras* dicimus *pedregoso*, à voce *areas* dicimus *areento*: verùm à voce *pò* nec dicimus *poento*, nec *pooso*, sed in alia significatione *empoado*. 98 **Derivatio duplex.**

Derivatio naturalis est illa quæ fit quodàmodo naturaliter, seu necessariò juxta certas, & infallibiles regulas, quæ vel nullas, vel certè paucas patiuntur exceptiones. Vnde Varro definiens declinationem naturalem dicit esse illam quæ non obedit voluntati uniuscujusque, sed communi multorum placito obsequitur. Apud Lusitanos vocari potest derivatio naturalis ea quæ fit in quibusdam officiis mechanicis habentibus nomen derivatum omninò Lusitanum finitum in *eyro*: *çapateyro*, *carpenteyro*, *carvoeyro*, sutor, faber lignarius, carbonarius. Dixi (derivatum) quia *alfayate* & *calafate*, ac similia derivata non sunt. Dixi (Lusitanum) quia *ourivez* non est nostrum, sed ab alienigenis surreptum. Excipiuntur aliqua quæ cum sint derivata, & Lusitana aliter finiuntur, ut *ferrador*, *çurrador*, *boticayro*, & similia. Nomina officinarum utcunque terminantur in *ria*, ut *ourivezaria*, *çapataria*, *carpentaria*, *tenoaria*, quæ sunt officinæ aurificum, fabrorum lignariorum, & doliariorum. Deviant tamen à regula *telheyra* quæ est officina figuli formantis tegulas, *taverna*, quæ est officina tabernarij, & logea quæ est officina mercatoris.

99

SVBSELLIVM II.

De adverbio quoad naturam & multiplicitatem.

ADverbium est pars orationis, quæ verbo, aliisque vocibus adjuncta, & indeclinabilis illarum significationem exponit augendo, diminuendo, vel aliter attemperando.

Adverbiũ quid, & quotuplex.

Est adverbium in genere satis multiplex, & dividitur in adverbia temporis, loci, quantitatis, qualitatis, & numeri. In singulis divisionis membris ponam exempla pro acquirenda copia in gratiam addiscentium nostram linguam.

Adverbia temporis sunt *Agora*, nunc, *jà*, jam *Ia entam* jam tunc, *Iamays* nunquam *Iàgora* jam nunc, *Ià ha hum pedaço*, Iandudum, *Ia muyto ha*, Iandiu: *Tarde* serò, *Cedo*, citò, *logo* statim, *Entam*, vel *entonces* tunc, *sempre* semper, *nunca* nunquam, *Ao presente* Impræsentiarum, *Algumhora* aliquando, *ainda*, adhuc, *Adeshoras* intempestivè, *Antesque* antequam, *Continuadamente* indesinenter, *Abomtempo* tempestivè, *Subitamente* subitò, *cadadia* quotidie, *hoje* hodie, *Amenham* cras, *Despoys de amenham* perendie, *Ontem* heri, *Antontem* nudiustertius, *Despoys* postea, *Despoys que* Posteaquam, *Desde* ex tunc, *Des de entam* Iam tum, *Daqui a pouco* dudum, *Daqui a diante* dehinc, *Entretanto*, interim.

Adverbia loci sunt, *Aqui* hìc, *Alì* illic, *Acolà*, id est
100 *para aquella parte* illùc, *Acolà* id est, *naquella parte* illic, *Pera esta parte* horsum, *Daqui* hinc, *Pera ali* hùc, *Por esta parte* hàc, *Ateli* hucusque, *Cà* hùc, *Là onde tu estàs* Istic, *Daqui pera ali* hùc illùc, *Por outra parte* aliâ, *Em outra parte* alibi, *Em algum lugar* alicubi, *De algum lugar* alicunde, *Defronte de outro lugar* aliorsum, *Em outra parte* aliubi, *De outro lugar* aliunde, *Onde* ubi, *Em qualquer parte* ubicunque, ubilibet ubivis, *Em toda a parte* ubique, *Ondequer* ubiubi, *Dentro* intus, *fora* foris, *virado pera dentro* Introrsum, *Alem* ultra

ultra, trans, *Aquem* cis, citra, *De qualquer parte* undecunque, *Dantre* inter, *Decima* desuper, *Debayxo* inferne.

Adverbia quantitatis sunt *Peuco* parum, *Muyto* multùm, *Assaz, ou bastantemente* satis, *Demasiadamente* nimis, *Abundantemente* abundanter, *A montoes* acervatim, *muyto mays* multò magis, *Pouco mays* paulo ampliùs, *Pouco mays, ou menos* Circiter, plus minusve.

Adverbia qualitatis sunt *Prudentemente* prudenter, *Atrevidamente* audacter, *Elegantemente* eleganter, *Acinte, Adrede, de proposito*, Data opera, de industria, consulto, *Asabendas* scienter, *Suavemente* suaviter, *Discretamente* disertè, *Engenhosamente* ingeniosè, *Galantemente* lepidè, *Ligeyramente* velociter, *Gentilmenmente* pulcherrimè, *Facilmente* facilè, *De mâmente* gravatè, invitè, *De maravilha* vix, *Demarcadamente* præfinitè, *De memoria* memoriter. Ex quibus facilè intelliges nomina adjectiva Lusitanorum frequentissimè adverbia gignere addita sibi hac voce *mente*, sed non semper. Quia adjectiva significantia colores adverbia non gignunt. Non enim dicimus *brancamente, pretamente, verdemente*, & sic de similibus.

Adverbia numeri sunt *Muytas vezes* sæpè, *Huma vez* semel, *Duas vezes* bis, *Tres vezes* ter, *quatro vezes* quater, *Cinco vezes* quinquies, *Seys vezes* sexies, *Sete vezes* septies, *Oyto vezes* octies, *Nove vezes* novies, *Dez vezes* decies, *Onze vezes* undecies, *Doze vezes* duodecies, *Treze vezes* tredecies, *Quatorze vezes* quatuordecies, *Quinze vezes* quindecies, *Dezaseys vezes* bis octies, *Dezasete vezes* terdevicies, *Dezoyto vezes* duodevicies, *dezanove vezes* undevicies, *Vinte vezes* vicies, *Trinta vezes* tricies, *Quarenta vezes* quadragies, *Cincoenta vezes* quinquagies, *Sessenta vezes* Sexagies, *Setenta vezes* septuagies, *Oytenta vezes* octogies, *Noventa vezes* nonagies, *Cem vezes* centies, *Mil vezes* millies, *Cem mil vezes* centum millies. 101

Sunt & alia adverbiorum genera quibus indicamus nostros affectus, & significamus varias actiones, v. g. adverbia optandi *Ose!* osi! *Oxala!* utinam, *o quem me*

dera! O utinam. *Praza a Deos*, velit Deus, placeat Deo! Affirmandi: *Assim he* sic res se habet, *sim* ita, etiam, *Aozadas* maximè, *Certamente* certè, *De veras, ou na verdade* quidem, *Convem a saber* scilicet, *verdadeyramente* sane, profectò.

Adverbia negandi sunt *Nam* non, *ainda nam* nondum, *De nenhum modo* nullo modo, *Em nenhuma maneyra* Nequaquam, *Namays* Non amplius, *Nada menos* nihil minus, *Nada* nihil, *Tampauco* haud, *Nunca ja mays* haudquaquam.

Adverbia hortandi, *Hora sus* Eia, *Acabay ja* Age, *Acabay todos ja* Eia agite.

Adverbia demonstrandi *Exaqui* Ecce, *Alem disto* Insuper, *Vedes aqui* En, Ecce, *Finalmente* tandem, *Por derradeyro* denique, *Em fim* denique, *Dali adiante* ex tunc, *Desque* ex quo, *Eylo aqui* Ecce.

Adverbia dubitandi, *Por ventura* forsan. *A caso* forsitan, *Pode serque* fortassis, *Quiça, ou quiçays* forte.

102 Adverbia interrogandi, *Como?* quare, *Porque rezam?* Quid ita, *A que proposito?* Cur, *Paraque?* ad quid, *Que?* Quid.

Adverbia congregandi, seu uniendi, *Apar* unà, *Iuntamente* simul, *Em companhia* Sociatim, *Entre ambos juntos* pariter, *Irmaãmente* fraternè.

Adverbia separandi, *A parte* seorsum, *Separadamente* separatim, *Espalhadamente* sparsim, *Apartadamente* divisim.

Adverbia intendendi, *Fortissimamente* fortissimè, *Intensissimamente* vehementissimè, *Com grande cuydado* studiosè.

Adverbia remittendi, *Pouco a pouco* paulatim, *Passo a passo*, ou *pè ante pè*, pedetentim, *Preguisosamente* Segniter, *Dorminhocamente* oscitanter. *Froxamente* remisse.

Adverbia accelerandi, *Depressa* celeriter, *Apressadamente* citò, *Arrebatadamente* rapidè, *Em hum abrir, e fechar de olhos* in ictu oculi, *Em hum instante* momentò, *Prestes, logo*, statim, subitò.

Adverbia comparãdi, & assimilandi, *Assim como* veluti,

Como

Como, ſicut, *Quaſi* pene, *Quaſi nada* fere nihil, *Mays* plus, *menos* minùs.

Adverbia eligendi, *Antes* potiùs, *Maſantes* immò.

Adverbia diverſitatis *Doutra maneyra* aliter, ſecus. Adverbia anomala & irregularia ſunt, *Debalde* incaſſum, *Em vam* fruſtra, A *troco* propter, ob, *A travez* ex tiansverſo, *Ao contrario* ex oppoſito, *A olhos viſtos* Palam, *Ao longe* eminus, *Ao perto*, vel *ao longo* prope, *Ao menos* ſaltem, *Ao pè da letra* ex præſcripto, *Ao redor* circumcirca, *Ao vivo* ad vivum, *Aos couces* calcibus, *A outro propoſito* aliorſum, *De corrida* curſum, *De cote* quotidie, *De currate*, vel *ás eſcondidas* clam, *De dia em dia* in dies, *De gatinhas* rependo, *De cocaras* inſiſtendo cruribus, *De galope* tolutim, *De giolhos* flexis genibus, *De bruços* proniter, *Daveſſo* transversè, *Debilmente* fragiliter, *De caminho* obiter.

SVBSELLIVM III. 103.

De præpoſitione, conjunctione, interjectione, comparatione, & interrogatione.

HOc triplex dictionum genus, ſcilicet præpoſitionem, conjunctionem, & interjectionem, voces indeclinabiles proſequimur Latinè explicandas, & Luſitano idiomati aptandas.

Præpoſitio ſic appellatur, quia fere ſemper ponitur in oratione ante alias partes, unde definitur in hunc modum: *Eſt pars orationis, quæ reliquis partibus, aut ſeparata, aut conjuncta fere præponitur.* Explicatur in arte Latina duobus exemplis, *Non ſum apud me præ iracundia*, vbi præpoſitio *præ* eſt ſeparata à voce iracundia: *Præſtat millies mori, quàm Deum vel leviſſimè offendere*, vbi præpoſitio *præ* eſt conjuncta in verbo *Præſtat*. Exemplar prius ſic vertitur Luſitanè; *Nam eſtou em mim de colera:* poſterius exemplum ſic: *Convem morrer antes mil vezes do que offender a Deos leviſſimamente.* Præpoſitio quid.

Apponamus præpositiones aliquas Latinè expositas, *Ao Eedor* circum, *Acerca*, ou *junto* circa, *De dentro* intra, *Dentro de quinze dias* Intra quindecim dies, *Detraz* pone, *Iunto* apud, *Contra*, ou *defronte* adversus, *Antes*, ou *diante* Ante, *Perto*, ou *pegado* juxta, secus, prope, *Por* per, *Abayxo* infra, *Escontra* versùs, *Acerca*, ou *pera* Ad, *pouco mays*, *ou menos* circiter, *Aquem* cis, citra, *De fora* extra, *Para com* erga, *Por isso* ob hoc, *segundo*, *junto*, *ou depoys* secundùm, *Ate* usque, *Emcima* supra, *Alem* ultra, *Por causa*, *ou junto* propter, Hæ omnes præpositiones, quas numeravimus, serviunt accusativo.

Quæ sequuutur ablativo gaudent, *De* ab, abs, *sem* absque, sine, *As escondidas* clam, *Com* cum, *Em presença* palam coram, *De longe* procul, Ao, v.g. *ao costume* de more, *Ante* præ, *Por* pro, *Ate* tenus, *Debayxo*, subter, *Debayxo*, ou *acerca* sub. *Em* in, *sobre super*.

104 **Conjunctiones quæ.** Conjunctio est pars orationis annectens, ordinansque sententiam. Multiplex est pro ratione specierum, in quas dividitur. Nam dividitur in conjunctionem copulativam, disiunctivam, adversativam, collectivam, causalem, expletivam, quæ omnes partim sunt præpositivæ, partim subjunctivæ, partim mediæ.

Singulas hoc ordine libet apponere, ita ut Lusitanæ exponantur per Latinas. Conjunctio copulativa est quæ conjungit, seu connectit in oratione unum cum alio, v. g. E, Latinè ac, atque, &, que. Conjunctio disiunctiva est quæ disiungit, ac dividit sensum orationis, v.g. *ou* Latinè vel, ve, sive, aut.

Conjunctio adversativa est quæ antecedenter dictis adversatur, & quasi opponitur, v. g. *Aindaque* Latinè etsi, tametsi, quamquam, quamvis. Conjunctio collectiva quam alij illativam, alij rationalem vocant, est illa qua unum ex alio in oratione deducitur, seu infertur, v.g. *Por tanto*, *por causa*, *peloque*, *logo* Latinè, Igitur, ergo, itaque, quare, quocirca, quapropter.

Causalis conjunctio. Conjunctio causalis est per quam in oratione redditur causa', seu ratio alicujus, quales sunt *Porque*, *Pela qual causa*, *por isso* Latinè quòd, quoniam, siquidem, quapropter, enim, propterea quòd.

Conjunctio

Conjunctio expletiva est, quæ orationis sensum explet, & quodammodo perficit, vt *Na verdade*, *Em realidade*, Latinè quidem, equidem.

Diximus conjunctiones partim esse præpositivas, partim subjunctivas, partim medias. *Præpositivæ* alio nomine *Principes*, sunt quæ in oratione præeunt, ut *ou*, *E*, *nem*, *senam*, Latinè aut, &, nec, nisi & similes. Præpositivæ conjunctiones.

Subjunctivæ, alio nomine subditæ, sunt quæ in oratione subeunt, seu ponè sequuntur, quales apud Latinos Que, ne, ve, quidem, quoque, autem, verò, enim, quæ si præponantur error committetur. An sit aliqua hujus naturæ apud Lusitanos, non mihi constat. *Mediæ*, alio nomine communes sunt quæ & præeunt, & subeunt, ut *Por tanto*, *finalmente*, *na verdade*, Latinè, ergo, itaque, equidem.

Interjectio est pars orationis, quæ indicat varios animi motus, seu affectus, juxta ea quæ accidunt personæ, ita ut modò indicet odium, vel amorem, modò gaudium, aut tristitiam, intèrdum admirationem, indignationem, & similia. 105. Interjectio quid, & quotuplex.

Interjectiones magis propriæ, & frequentes in lingua Lusitana sunt ad indicandum dolorem *Ay*: ad manifestandam lætitiam pro exultatione *victor*, *viva*, ad significandas minas, & malum alicui impendens, *Guay*: ad ostendendam admirationem *Xopra*, *Dixe*.

Vtuntur etiam passim Lusitani interjectionibus, quas mutuantur à Latinis. Quænam autem sint Latinorum interjectiones, accipe. Execrantis interjectio est *Nefas*, *Infandum*. Indignantis, *Malùm*. Rejicientis cum fastidio, *Apage*, *Apagis* Minantis, aut miserantis, aut præsagientis malum, *væ*, Timentis, *Hei*. Exclamantis. *Prô*, *ô*. Admirantis *ô*, *vah*, *Papæ*, *Hui*. Lugentis, *Hoi*, *hei*. Ejulantis *oh*, *oh*, *oh*, *oh*. Suspirantis, *Ah*, *ah*. Ingemiscentis, *Ah*, *heu*, *hei*. Lætantis, *Evax*. Insultantis cum exultatione, *vah*. Laudantis, & aliquando exultantis, vel laudem cum exultatione exhibentis, *Euge*, *victor*, *io*.

Supervacuum non est pro utilitate studiosorum nostræ linguæ, explicatis vocibus addere qualiter Lusitani Comparatio.

 comparatione,

comparatione, & interrogatione uti ſoleant. Quod attinet ad comparationem, ſolent Luſitani, quando volunt exaggerando, ſua ſenſa manifeſtare, uti his, ac ſimilibus comparationibus.

He mays branco que a neve. Eſt candidius nive. *He mays negro que o pez.* Eſt nigrius pice. *He mays pegajoſo que o viſco.* Eſt tenacius viſco. *He mays amargoſo, que o fel.* Eſt amarius felle. *He mays doce que o mel.* Eſt dulcius melle. *He mays duro que o diamante.* Eſt durius adamante. *He mays brabo, que hum leam.* Eſt ferocius leone. *He mays aſcoſo que olhos de medico.* Eſt ſquallidius oculis medici.

107 Interrogatio. Quod attinet ad interrogationem, ſolent Luſitani paſſione aliqua, vel affectu ducti interrogare in hunc modum. *Torna em ti: que mays faria hum falto de juizo?* Revertere in te: quid aliud faceret mente captus? *Que mays faria hum homem idiota, e louco?* Quid plus ageret vir literis, & mente deſtitutus? *Que mayor doudice pode aver no mundo?* Quæ maior inſania poteſt dari in orbe?

Que outra couſa faria hum falto de experiencia, e conſelho? Quid aliud ageret quidam experientiæ,& conſilij inops? *Que outra couſa faria hum naſcido entre beſtas feras?* Quis aliud gereret quidam natus inter belluas? *Que melhor oraria hum Tullio? Que melhor poetiſaria hum Virgilio? Que melhor filoſofaria hum Ariſtoteles?* Meliùſne diceret Tullius? Meliùſne poetaretur Virgilius? meliùſne philoſopharetur Ariſtoteles? *Donde me pode vir mayor ſer, mays de honra, riqueza, e proſperidade, que de voſſo favor?* Vnde poteſt mihi accidere maior ſubſtantia, plus honoris, opulentiæ, ac proſperitatis, quàm ex tuo favore?

Ha homen no mundo mays desgraçado que eu? Eſtne homo in orbe infelicior me? *Ay homem a quem a vida ſeja mays penoſa?* Eſt vir, cui vita ſit gravior? *Ay homens mays ditoſos, e favorecidos, que chocarreyros, e liſongeyros?* Sunt homines plus felices, & plus valentes gratia, quàm paraſiti, & aſſentatores? Hæc pro tertia noſtræ academiolæ claſſe: ad quartam properamus.

CLAS

CLASSIS IV.

De generibus nominum, ac præteritis verborum. 108

SVBSELLIVM I.

Prænotationes generales circa genus nominum Lusitanæ linguæ.

AGGREDIMVR exponendam, imò & profligandam classem de generibus nominum, quibus Lusitana lingua satis abundat. Quamvis enim genus cadat etiam in voces alias Lusitanas, nempe verbum, & adverbium: tamen cum genus eorum vnicum sit, scilicet masculinum, quodcunque enim verbum, & quodcunque adverbium designatur per articulum *o*, non indiget tractatione. Agimus igitur de nominum genere, quod multiplex est, atque ideo postulans tractationem.

Prænotandum est 1. Quamvis apud Latinos genus sit triplex, masculinum, fæmininum, & neutrum, sub quibus alia continentur, tamen apud Lusitanos (ut notavit P. Vellez. in commen. Artis ad regulam *Respicimus fines*, &c.) genus est duplex, masculinum, & fœmininum, sicut in lingua Hebræa, Chaldaica, & Africana. Quod ego admitto, sed cum exceptione in aliquibus nominibus adjectivis. *Genus quotuplex.*

Prænotandum est 2. Genera nominum Lusitanorum designari per has particulas, seu articulos in singulari, & plurali *o, os, ao, aos, : do. dos : no, nos : a, as, ás : da, das : na, nas.* Sunt enim hujusmodi articuli cum antecedunt nomina, indices non solùm eorum numeri, & casuum, sed etiam generis masculini, aut fœminini. Ex quibus

Prænotandum est 3. Quando litera, seu articulus *o*, vel *ao*, antecesserit aliquod nomen, manifestè probari *Generis indices.*

nomen illud esse masculini generis, & in numero singulari: si articulo illi addatur *s*, & fiat articulus *os*, vel *aos*, esse in plurali. Similiter quando antecesserit litera, seu articulus *a*, designabitur nomen fœminini generis in singulari: addito verò *s*, ita ut maneat articulus *as*, designabitur nomen fœmininum in plurali.

Prænotandum est 4. Particulam *a*, reperiri quandoque ante nomen masculinum, ut cernitur in his orationibus, *Convem a Pedro*. Expedit Petro. *Antonio matou a Pedro.* Antonius occidit Petrum. Quandoque ante nomen fœmininum, ut *Antonio mátou a Maria*, & quandoque inservire numero plurali, ut *Antonio matou a muytos homens.* Antonius occidit multos homines. Reliquæ particulæ semper utriusque, scilicet generis, & numeri sunt indices. De casibus, quos etiam indicant, dicemus classe sequenti.

109 Prænotandum est 5. Genus nominum adjectivorum esse cognitu facillimum in scriptura, vel ex articulo, vel substantivo, cum quo cohæret. Verùm si genus substantivi ignoretur, & ipsum adjectivum terminetur in *o*, manifestè apparebit utrumque esse generis masculini. Si terminetur in *a*, utrumque erit fœminini generis, v. g. *Bizarro homem, fermosa mulher.* Pulcher vir, venusta mulier. Si autem terminatur quacunque alia litera, necesse erit scire regulas quas constituemus in sequentibus subselliis: & tunc ex genere substantivi cognoscetur genus adjectivi.

Adjectivorum formæ. Prænotandum est 6. In lingua Lusitana regulariter solùm dari adjectiva vel unius tantùm formæ, ut *Prudente, Feliz*. Prudens, felix, vel duplicis formæ, cuius altera finita in *o*, inservit generi masculino, altera finita in *a* inservit fœminino: v. g. *Santo, santa, Ditoso, ditòsa.*

Dixi (regulariter) quia aliqua pronomina adjectiva habent tres formas, quarum prima inservit generi masculino, secunda fœminino, tertia neutro, *Aquelle, aquella, aquillo*: ille, illa, illud: *Este, esta, isto*: Iste, ista, istud: *Esse, essa, isso*: ipse, ipsa, ipsum: In quibus notari debet literam *e*, in penultima formæ masculinæ converti in *i*, in forma neutrà, v. g. *Aquelle, aquillo, Este, isto, Esse, isso.*

Putant

Putant aliqui esse adjectiva trium formarum has voces *me, ma, mo* : *te, ta, to* : *lhe, lha, lho*, in quibus adjectivis apparet forma triplicis generis. Verius est ex pronominibus substantivis *eu, tu*, & articulis *a, o*, fieri conjunctionem data syncopa, ut patet in his orationibus : *Tu ma fizeste boa*, id est, *Tu me fizeste a peça boa. Tu mo pagaràs*, id est, *Tu me pagaràs o que me fizeste. Deuta boa, ou rija*, id est, *Deute a pancada, boa, ou rija? Deuto de boa vontade?* id est. *Deute o dom de boa vontade? Deulha valente*, id est, *Deulhe a bofetada valente : Deulho a mamtente*, id est, *Deulhe o golpe a mamtente.*

His similia sunt, quando dicimus : *Volo deyxo, Vola deyxo : Nola dà, Vola dà.* Illud notari debet quando utimur his articulis *o, os : a, as*, in tertiis personis pluralis cujuscunque temporis Indicativi, sæpe inter dictas particulas poni literam *n*, v. g. *reduziramno, reduziramna.*

Prænotandum est 7. Substantiva pronomina *Eu, tu, si*, esse generis duorum, atque adeo tam in singulari, quàm in plurali inservire generi masculino, & fœminino. Idem dicimus de nominibus numeralibus, v. g. *tres, quatro* vsque ad finem : quæ in numero plurali inserviunt generi masculino, & fœminino. Excipiuntur *hum, e dous* : nam prius inservit generi masculino in singulari : posterius masculino in plurali : prius, scilicet *hum* habet fœmininum in singulari *huma*, in plurali *humas*, & etiam masculinum in plurali *huns* : posterius scilicet *dous* habet fœmininum in solo plurali duas. **Ponomi. nú genus.**

Prænotandum est 8. Duobus modis posse innotescere genus cujuscunque nominis substantivi. Primo ex significatione: secundo ex terminatione. In sequenti subsellio trademus regulas, vt ex significatione, in subsequenti, ut ex terminatione genera omnium innotescant.

SVBSEL.

SVBSELLIVM II.

110. *Qualiter apud Lusitanos dignoscantur genera nominum substantivorum ex significatione.*

Genera ex significatione.

STatuemus sex regulas, ex quibus facilè intelligentur genera nominum substantivorum apud Lusitanos, attenta illorum significatione. Prima Regula. Omne nomen quod significat marem, seu masculum est masculini generis: sive sint nomina propria, ut *Iesus, Manoel, Constantino Francisco, Eneas, Romulo*: ad quæ pertinent nomina Angelorum, ut *Gabriel, Miguel, Rafael*: item falsorum Deorum, ut *Iupiter Marte, Mercurio, Mamona*: item dæmoniorum, ut *Lucifer, Asmodeus*: item ventorum ut *Norte, Sul, Leste, Oeste* sive sint nomina appellativa, v. g. *Emperador, Rey, Sacerdote, capitam, leam, cavallo, Elefante*. Imperator, Rex, Sacerdos, dux, Leo, equus; elephans. Item nomina officialium, ut *alfayate, almocreve, sapateyro, taverneyro*, sartor, agaso, sutor, tabernarius: etiamsi finiantur in *a*, ut *mestresala, mestreescola, mochila*, architriclinus, scholasticus, cacula.

Masculorum nomina.

Fœminarum nomina.

Secunda regula. Omne nomen quod significat fæminam est fæminini generis, sive sint nomina propria v.g. *Maria, Anna, Mariana, Clara, Isabel, Helena, Vrsula, Barbora, Lusia*: ad quæ pertinent nomina falsarum Dearum, ut *Iuno, Pallas, venus, Ceres, Vesta*: item nympharum, ut *Arethusa, Climene*: item furiarum infernalium, ut *Alecto, Thesifone*: sive sint nomina appellativa, ut *Emperatriz, Rainha, mulher, nora, sogra, egoa, ursa*. Imperatrix, Regina, mulier, socrus, equa, ursa & similia.

Mensium nomina.

3 Regula. Omne nomen alicujus mensis, vel fluminis est masculini generis, v.g. si loquamur de mensibus *Ianeyro, Fevereyro, Março, Abril, Mayo, Iunho, Iulho, Agosto, Setembro, outubro, Novembro, Dezembro.* Si loquamur de fluminibus, *Tejo, Tibre, Garonna, Guadiana,*

Guadiana, *Douro*, *Lessa*, *Lethe*, &c.

Quarta regula. Quamvis in lingua Latina nomina quæ significant insulas, provincias, civitates, naves, & poeses sint generis fœminini cum exceptionibus, quas affert P. Vellez in Comēn. regularum generis, ad regul. *Insula fœminea*, &c. tamen in lingua Lusitana observabitur sequens regula, quæ longè diversa est. **Insularum nomina.**

Quotiescunque nomen insularum, provinciarum, civitatum, oppidorum, pagorum, navium, & poesium terminatur litera *a*, vel *as*, est fœminini generis: at si terminetur quacunque alia litera est generis masculini: Iuxta priorem partem huius regulæ sunt generis fœminini nomina insularum, *Malta*, *Madeyra*, *Tereeyra*, & regnorum, *Italia*, *França*, *Inglaterra*, *Andaluzia*, *Estramadura*, *Beyra*, Civitatum, & oppidorum: *Roma*, *Lisboa*, *Evora*, *Coimbra*, *Braga*, *Beja*, *Elvas*, *Athenas*. *Viana*, *Moura*, *Serpa*, *Villaviçosa*, *Borba*: navium, *Santa Maria*, *Scylla*, *Chymera*: poësium *Eneida*, *Odissea*, *Sylvia de Lysardo*. Hæc regula quæ videtur nullam pati exceptionem, nisi in poësi, quæ inscribitur *Lusiadas de Camoes*, suadetur ex eo quia prædicta nomina & similia admittunt articulum, & adiectivum fœmininum, & non masculinum, v.g. *a gloriosa Malta*, *abella Italia*, *a famosa Lisboa*, *a fortificada Elvas*, *a fermosa Santa Maria*, *a perfeyta Eneida*. 111 **Provinciarum, & civitatum nomina.**

Iuxta posteriorem partem ejusdem regulæ sunt generis masculini nomina insularum, *Pico*, *Corvo*, *Fayal*, *S. Miquel*, *Chipre*, *Rodes*, &c. Civitatum, & oppidorum, *Porto*, *Faro*, *Macao*, *Dio*, *Sagunto*, *Cochim*, *Liorne*, *Milam*, *Amstardam*, *Portalegre*, *Madrid*, *Santarem*, *Alvito*, *Aveyro*, *Alcacere*, *Arrayolos*, *Montemor*, *Celorico*, *Seyxal*, &c. Provinciarum, *Brazil*, *Algarve*, *Alentejo*, *Entre Douro*, *e minho*, &c. navium, *Bom Iesus*, *Sacramento*, *Salvador*, *Centauro*, *Leam*, *Sol*, &c. poësium, *Ariosto*, *Pastor fido*, &c.

Probatio huius partis, quæ videtur pati exceptionem in *Ierusalem*, & *Napoles*, tanquam generis fœminini, desumitur ex eo quòd prædicta nomina admittunt articulum, & adjectivum masculinum, v. g. *o alto Pico*,

SVBSELLIVM II.

110. *Qualiter apud Lusitanos dignoscantur genera nominum substantivorum ex significatione.*

Genera ex significatione.

STatuemus sex regulas, ex quibus facilè intelligentur genera nominum substantivorum apud Lusitanos, attenta illorum significatione. Prima Regula. Omne nomen quod significat marem, seu masculum est masculini generis: sive sint nomina propria, ut *Iesus, Manoel, Constantino Francisco, Eneas, Romulo*: ad quæ pertinent nomina Angelorum, ut *Gabriel, Miguel, Rafael*; item falsorum Deorum, ut *Iupiter Marte, Mercurio, Mamona*: item dæmoniorum, ut *Lucifer, Asmodeus*: item ventorum ut *Norte, Sul, Leste, Oeste* sive sint nomina appellativa, v. g. *Emperador, Rey, Sacerdote, capitam, leam, cavallo, Elefante*. Imperator, Rex, Sacerdos, dux, Leo, equus; elephans. Item nomina officialium, ut *alfayate, almocreve, çapateyro, taverneyro*, sartor, agaso, sutor, tabernarius: etiamsi finiantur in *a*, ut *mestresala, mestreescola, mochila*, architriclinus, scholasticus, cacula.

Masculorum nomina.

Secunda regula. Omne nomen quod significat fæminam est fæminini generis, sive sint nomina propria v.g. *Maria, Anna, Mariana, Clara, Isabel, Helena, Vrsula, Barbora, Lusia*: ad quæ pertinent nomina falsarum Dearum, ut *Iuno, Pallas, venus, Ceres, Vesta*: item nympharum, ut *Arethusa, Climene*: item furiarum infernalium, ut *Alecto, Thesifone*: sive sint nomina appellativa, ut *Emperatriz, Rainha, mulher, nora, sogra, egoa, ursa*. Imperatrix, Regina, mulier, socrus, equa, ursa & similia.

Fœminarum nomina.

3 Regula. Omne nomen alicujus mensis, vel fluminis est masculini generis, v.g. si loquamur de mensibus *Ianeyro, Fevereyro, Março, Abril, Mayo, Iunho, Iulho, Agosto, Setembro, outubro, Novembro, Dezembro.* Si loquamur de fluminibus, *Tejo, Tibre, Garonna, Guadiana,*

Mensium nomina.

Guadiana , Douro , Lessa , Lethe , &c.

Quarta regula. Quamvis in lingua Latina nomina quæ significant insulas , provincias , civitates, naves,& poeses sint generis fœminini cum exceptionibus, quas affert P. Vellez in Comen. regularum generis, ad regul. *Insula fœminea* , &c. tamen in lingua Lusitana observabitur sequens regula , quæ longè diversa est. Insularum nomina.

Quotiescunque nomen insularum , provinciarum , civitatum , oppidorum , pagorum , navium , & poësium terminatur litera *a* , vel *as*, est fœminini generis : at si terminetur quacunque alia litera est generis masculini : Iuxta priorem partem huius regulæ sunt generis fœminini nomina insularum, *Malta , Madeyra, Terceyra* , & regnorum , *Italia, França, Inglaterra , Andaluzia, Estramadura , Beyra* , Civitatum , & oppidorum : *Roma, Lisboa, Evora, Coimbra, Braga, Beja , Elvas, Athenas . Viana , Moura , Serpa , Villaviçosa, Borba* : navium, *Santa Maria , Scylla , Chymera* : poësium *Eneida, Odissea , Sylvia de Lysardo.* Hæc regula quæ videtur nullam pati exceptionem, nisi in poësi , quæ inscribitur *Lusiadas de Camoes*, suadetur ex eo quia prædicta nomina & similia admittunt articulum,& adiectivum fœmininum, & non masculinum, v.g. *a gloriosa Malta, abella Italia , a famosa Lisboa , a fortificada Elvas , a fermosa Santa Maria , a perfeyta Eneida.* III Provinciarum, & civitatum nomina.

Iuxta posteriorem partem ejusdem regulæ sunt generis masculini nomina insularum, *Pico, Corvo , Fayal, S.Miquel, Chipre, Rodes*, &c. Civitatum, & oppidorum, *Porto, Faro, Macao, Dio, Sagunto, Cochim, Liorne, Milam, Amstardam, Portalegre, Madrid, Santarem, Alvito, Aveyro , Alcacere, Arrayolos , Montemor , Celorico , Seyxal*, &c. Provinciarum, *Brazil, Algarve, Alentejo, Entre Douro, e minho*, &c. navium, *Bom Iesus, Sacramento , Salvador, Centauro, Leam , Sol*, &c. poësium , *Ariosto , Pastor fido*, &c.

Probatio huius partis, quæ videtur pati exceptionem in *Ierusalem* , & *Napoles* , tanquam generis fœminini, desumitur ex eo quòd prædicta nomina admittunt articulum , & adjectivum masculinum , v. g. *o alto*

Pico,

Pico, o lindo Porto, o rico Brazil, o fermoso Bom Iesus, os grandilocos Lusiadas, &c.

Observandum tamen est, quòd si in oratione subintelligatur, vel exprimatur generale nomen, v. g. *Insula, Provincia, Civitas, Navis, Poesis* debere nos uti articulo, & adjectivo fœminino, quem subjungemus generali nomini, proindeque dicemus, *A alta Ilha do Pico*: *A linda cidade do Porto*; *rica provincia do Brazil*; *A famosa nao Bom Iesus*, *A altiloca poesia dos Lusiadas*. Verùm tunc refertur articulus & adjectivum ad nomen generale, & non ad particularia de quibus loquimur. Et idem erit si subintelligatur, quamvis non exprimatur generale nomen. Hac ratione Camonius dixit *Tangere populosa, Aurea Chersoneso, Na forte Dio*. Ita judico consultis peritis, quandiu peritiores oppositum non ostenderint.

112 Arbores ad genus. Quinta regula. Nomina arborum, fruticum, aut florum, quæ terminantur litera *a*, sunt generis fœminini, v.g. *Pereyra, Figueyra, momeyra, amendoeyra, maceyra, parreyra, murteyra, rosa, açucena, cravelina*. Pyrus, ficus, malus punica, amygdalus, malus, vitis. myrtus, rosa, lilium armeria: quæ autem terminantur quacunque alia litera, sunt generis masculini, v. g. *Choupo, alemo, freyxo, pereyro, castanheyro, vime, zimbro, cravo, jasmin, gyrasol*: populus, alnus, fraxinus, pyrus, castanea, vimen, juniperus, gariophyllum, ligustrum, heliotropium. Excipe *vide*, *flor*, quæ sunt fœminina. Eadem regula procedit in fructibus, herbis, odoribus, gemmis, avibus, piscibus, aliis animantibus, ac similibus, quæ finiuntur in *a*, & non in aliis literis: Excipe *serpente, serpe, adem, perdiz, codorniz, noz* fœminina : & si quæ alia peritiores invenerint.

Sexta regula generalis, quæ cadit in omne Lusitanum nomen, ita habet. Omne, & quodcunque nomen apud Lusitanos, quod admittit articulos *o, os, ao, os, do, dos, no, nos*: generis masculini est. Quamvis habeat terminationem fœmininam v.g. in *a, as*: ex opposito omne nomen, quod admittit articulos *a, as*: *da, das*: *na, nas*, est fœminini generis quocunque modo terminetur.

Exempla

Exempla prioris partis sunt *o clima, os enigmas, aos dias, do fantasma, dos estratagemas, no poema, nos epigramas.* Exempla posterioris partis sunt *a flor, as virtudes, as maôs, &c.*

SVBSELLIVM III. 113

Qualiter apud Lusitanos possint innotescere nominum substantivorum genera per terminationem.

VT apponamus varias regulas per quas ex terminatione definiri possit genus innumerabilium nominum substantivorum, necesse est, ut studiosus auditor nobiscum consulat classem 1. Subsel.6.*n.*29.in quo collocavimus nominum substantivorum terminationem, sive in literas vocales, sive in consonantes. Sequamur igitur ipsam literarum seriem, priùs vocalium, deinde consonantium, & statuamus regulas sequentes, præmonendo omnia nomina in plurali sequi genus singularis.

Genus nominum ex terminatione.

1. Regula. Omne nomen terminatum litera *a*, vel dipthongo *aã*, est fœminini generis, sive sit nomen proprium, sive appellativum. Propriorum exemplum sit *Maria, Roma, França.* Appellativorum exemplum sit *poesia, villa, musica, rosa, mula, egoa, romaã, maçaã, avellaã*, Latinè poesis, oppidum, musica, rosa, mula, equa, malum punicum, avellana. Excipiuntur nomina quæ cadunt in viros, ut *Mariola, Mestreeschola.* Item cognomina, ut *Pereyra, Madureyra.* Excipitur etiam nomen *dia*, quod masculini generis est. Excipiuntur etiam nomina, quæ Lusitani acceperunt à Latinis; apud quos erant generis neutrius, & à Græco fonte defluxerant, qualia sun t *clima, fantasma, poema, epigramma, enigma, diadema, dilema, estratagema, entimema*: quæ omnia, & similia sunt masculina. Prædictis adduntur *cometa*, & *planeta*, etiamsi masculina sint apud Latinos. Hæc vox *cada*, sive sit nomen, sive præpositio, utrique

A finita cujus generis.

generi

generi inſervit: dicimus enim *cada homen*, *cada mulher*.

114 2 Regula omne. Omne nomen finitum litera *e*, generis maſculini eſt, ſive ſit proprium, ut *Dunquerque*, *Albuquerque*, ſive ſit appellativum, ut *barrete*, *ferrete*, *ſinete*, *capote*, *donayre*, *foguete*, *roxete*, *rocicre*, *vinagre*, *azeyte*, *vilhete*, *cayxote*, *tamborete*, *cobre*, *calabre*, *carregume*, *cardume*, *gume*, *azeviche*, *alvayade*, *ſangue*, *açouge*, *azouge*, *tapete*, *frade*, *padre*, *panete*, *pe*, *tapume*, *genete*, *leque*, *pendente*, *alpendre*, *martinete*, *alcouce*, *couce*, *cogote*, *pote*, *virote*, *churume*, *gume*, *çumagre*, *peyxe*, *nome*. Quæ omnia, ut exteri intelligant; & acquirant copiam, verto Latinè ſuo ordine: pileum, ſtigma, ſigillum, penula mulionia, lepor, igniculus, poderis, purpura auro ſuperfuſa, acetum, oleum, epiſtolium, capſula, cathedra trunca, cuprum, funis craſſa, gravedo, examen piſcium, acies; gagates, ceruſſa, ſanguis, macellum, argentum vivum, tapetum, monachus, pater, paniculus, pes, obturamentum, equus generoſus, flabellum, inauris, porticus, lupanar, calcis ictus, urna, ſagitta, humor, acies, nautea, piſcis, nomen.

E finita cujus generis.

Excipiuntur 1. ab hac regula nomina virtutum, vitiorum, ac naturalium facultatum; & paſſionum, quæ ſunt generis fæminini, v. g. *virtude*, *ſantidade*, *bondade*, *fe*, *caridade*, *verdade* *pontualidade*, *ſuavidade*, *ſuadade*, *amizade*, *inimizade*, *ocioſidade*, *curioſidade*, *leviandade*, *vaidade*, *meninice*, *pequice*, *roindade*, *moroſidade*, *parvoiſſe*, *bebediſſe*, *meyguiſſe*, *ſonciſſe*, *ſorratiſſe*, *borrachiſſe*, *vontade*, & ſimilia, quæ apud Latinos ſunt virtus, ſanctitas, bonitas, fides, charitas, veritas, urbanitas, ſuavitas, deſiderium, amicitia, inimicitia, otioſitas, curioſitas, levitas, vanitas, puerilitas, ſtoliditas, malitia, moroſitas, ſtultitia, ebrietas, blanditiès, malitioſa ſtoliditas, calliditas, vinoſitas, voluntas.

Excipiuntur 2. aliarum rerum nomina diſparata, quæ ſunt generis fæminini, v. g. *Idade*, *velhice*, *ruſticidade*, *capacidade*, *felicidade*, *ſorte*, *morte*, *arte*, *parte*, *arvore*, *ave*, *carne*, *libre*, *fertilidade*, *entidade*, *ſede*, *ſebe*, *couve*,

pole,

pólè, erdade, trindade, pouquidade, fouce, chaminè, parede, saude, rede, marè, trave, chave, trempe, lebre, febre, serpente, ou serpe, gale, quæ Latinis sunt ætas, senectus, rusticitas, capacitas, fælicitas, sors, mors, ars, pars, arbor, avis, caro, vestitus, fertilitas, entitas, sitis, seps, caulis, artemon, prædium, trinitas, paucitas, falx, infumibulum, paries, sanitas, rete, æstus maris, trabs, clavis, chytropus, lepus, febris, serpens, biremis.

3 Regula. Omne nomen finitum litera *i*, est masculini generis, v. g. *Tali, nebri, rubi, biberiqui, guadameci*, balteus, accipiter, priopus, genus terebræ, aulæum pelliceum, & si quæ alia Lusitanorum nomina eadem litera *i*, terminentur.

4 Regula. Nomina finita in *o*, sunt generis masculini, vt *alemo, freyxo, choupo, azinho, carro, penedo, rochedo, pao, ferro, sino, ponto, livro, crivo, cravo, pô, dô, nôs, beylhô*, quæ apud Latinos sunt alnus, fraxinus, populus, ilex, plaustrum, lapis, rupes, lignum, ferrum, cymbalum, punctum, liber, cribrum, clavus, pulvis, vestis atrata, nodus, laganum. 115 O finita.

Excipiuntur quædam litera *o*, finita quæ sunt fœminini generis, scilicet *nao, filhò, egrô, ichô, mô, teyrô, ilhô*. Latinè navis, laganum, anguilla, discipula, mola, pervicacia, ocellus vestium. Possumus etiam excipere *Isto, isso aquillo*, quæ voces, ut supra diximus, sunt generis indeterminati, vel neutrius, cum ex sua significatione, & terminatione nullum exprimant significatum.

5 Regula. Omne nomen finitum litera *u*, est masculini generis, v. g. *bambù, terù, mù, grou, Iudeu, Fariseu, sandeu, breu, eam i seu*. Latinè arundo sinica, gallopavus, mulus, grus, Iudæus, Pharisæus, stultus, pix, anguiculus aureus. u finita.

Pro nominibus finitis, seu terminatis per literas consonantes, sit in ordine 6. regula. Omnia nomina quæ terminantur syllabis *al, el, il, ol, ul*, sunt generis masculini. Exempla finitorum in *al*, sunt *rosal, pinheyral, punhal, gral*. Rosarium, pinetum, pugio, mortarium. Excipitur tanquam generis fœminini nomen *cal*. Exempla finitorum in *el*, sunt *pincel, broquel, paynel, lambel*, penicillus, parmula, tabella, tapetum rude. Exempla finitorum

Consonantibus terminata.

Al, el, il, ol, ul, finita.

in *il*,ſunt *anil*, *boril*, *gomil* flos æris, ſcalprum, gutturnium. Exempla finitorum in *ol*, ſunt *lançol*, *caracol*, *rouxinol*. Sindon, cochlea, philomela. Exempla finitorum in *ul*,ſunt *taful*, *paul*, *baul*, Aleo, uligo, arca camerata.

Am finita nomina. 7. Regula. Omnia nomina terminata ſyllaba *am*,ſunt maſculini generis, ut *pam*, *melam*, *roupam*, *temam*, *colcham*, *cabeçam*, *beberram*, *deſcanſam*, *almeyram*, *gaviam*, *trovam*, *ferram*, *fegjam*: Latinè panis, melopepo, abolla, temo, culcitra, collare, bibax, modiperator, intubus, niſus, tonitruum, aculeus, faſeolus.

Excipiuntur 1. tanquam generis fæminini nomina *mam*, *cezam*, Latinè manus, paroxiſmus. Excipiuntur 2. Nomina in *am*, quæ naſcuntur à nominibus, aut verbis ſive Latinis, ſive Luſitanis denotantia actionem, & ſunt generis fæminini, qualia *perfeyçam*, *exaggeraçam*, *compoſiçam*, *devaçam*, *recreaçam*, *diminuiçam*, *ſubmiſſam*, *comecham*, *imaginaçam*, *invençam*, *declaraçam*, *preſurçam*, *perſeguiçam*, & ſimilia. Latinè perfectio, exaggeratio, compoſitio, devotio, recreatio, diminutio, ſubmiſſio, prurigo, imaginatio, inventio, declaratio, præſumptio, perſecutio.

8. Regula. Omne nomen terminatum per ſyllabam *em*, eſt maſculini generis, vt *pentem*, *bedèm*, *armazèm*, *aſsèm*, *bem*, *homem*. Latinè pecten, penula, armamentarium, caro dorſi bovini, bonum, homo.

116 Em finita. Excipiuntur 1. quædam generis fæminini, ſcilicet *ordem*, *deſordem*, *trempem*, alij rectiùs dicunt *trempe*, *Jeruſalem*, *adem*. Latinè ordo, deordinatio, chytropus, Ieroſolyma, anas. *Virgem* etiam excipitur tanquam generis communis duorum; virgo enim dicitur tam de viro, quàm de fæmina.

Excipiuntur 2. Finita in *agem*, quæ fæminina ſunt, ut *bagagem*, *margem*, *beberagem*, *fogagem*, *imagem*, *linhagem*, *ferragem*, *folhagem*, *coragem*, *romagem*, *ervagem*, *pilhagem*, *lavagem*, *lagem*, *paſſagem*, *viagem*, *matalotagem*. Latinè impedimenta, margo, potatio, morbillus, imago, genealogia, ferramentum, capillamentum,

mentum, iracundia, frequentia peregrinorum, locus herbidus, piratica, merces lotionis, lapis planus, transitio, profectio, comeatus nauticus, sicut in *igem, empigem*, impetigo. A comũni regula, & ab hac exceptione demitur *salvagem* utpote generis comũnis duorum: dicitur enim *varam salvagem, mulher salvagem.*

Excipiuntur 3. Finita in *agem*, quæ sunt etiam fæminina, ut *babugem, ferrugem, lambugem, rabugem, penugem.* Latinè salivæ destillatio, rubigo, illicium, senilis rabies, lanugo. Est tamen generis masculini *mugem*, mugilis.

9. Regula. Omnia nomina finita in *im, om, um*, sunt masculini generis. Exempla finitorum in *im*, sunt *motim, rocim, fim, bocaxim, espadim, marsim, fateosim, revelim.* Latinè seditio, caballus, finis, tela lini infuscata, ensis brevis, ebur, emphyteusis, propugnaculum. Exempla finitorum in *om*, sunt *dom, rom, tom, som*, donum, rhom, tonus, sonus. Exempla finitorum in *um*, sunt *attum, bodum, debrum*: thynus, odor caprinus, fimbria plicata. **Im, om, um, finita.**

10. Regula. Omnia nomina finita in *ar, er, ir, or, ur*, sunt masculini generis. Exempla finitorum in *ar*, sunt *açucar, ar, nectar, ambar, polegar, manjar, pezar, mar, calcanhar.* Latinè saccharum, aer, nectar, ambarum, pollex, edulium, dolor, mare, calcaneus. **Ar, er, ir, or, ur finita.**

Exempla finitorum in *er*, sunt *alvaner, aluguer, gumilher, prazer.* Latinè cæmentarius, locatio, & conductio, aulicus pro regio cadurco, gaudium. Excipiuntur *colhêr, corculhêr, e mulher.* Latinè cochleare, cassita avis, & mulier, quæ sunt generis fæminini.

Exempla finitorum in *ir*, solùm inveni ex propriis, *Ophir, Guadalquebir*, ex appellativis *Martyr*, & hoc nomen prout cadit in virum, & fæminam est comũnis generis. Exempla finitorum in *or*, sunt *açor, caçador, bemfeytor, lavrador.* Latinè accipiter, venator, benefactor, agricola. Excipiuntur tanquam fæminini generis *flor, dor, cor, côr, soror*: Latine flos, dolor, color, appetentia, soror. Pro exemplis finitorum in *ur*, solum occurrit *catur*, navicula quæ dicitur liburnum.

 11. Regula

117 As finita. 11 Regula. Omne nomen finitum Syllaba *as*, est fœminini generis, v.g. *andas, alviçaras, alfondras, calças, alças, ferçias, chispas, cocegas, tremuras*, Latinè lectica, Evangelia, portici lapidei, tibialia, prædij reditus extra sortem, feriatio, verba minacia, titillatio, trepidatio. Hæc autem, & similia nomina apud Lusitanos, ut jam diximus *n*.41.sunt anomala, cum habeant significationem numeri singularis,& vocem pluralis.

Es, is, os, us finita. 12 Regula.Omnia nomina terminata Syllabis *es, is, os, us*, sive habeant singularem numerum cum plurali, sive pluralem absque singulari, sunt masculini generis, v.g.in *es alferes, datiles*, signifer, dactylus; in *is,gis, lis*, gypsum, lilium: in *os, cós dos calçoes, terços da espada, oculos, residuos*, Latinè Zona femoralium plicaturis assuta, capulus ensis, specilla, residua: in *us,alcaçus, cuscus, abestrus, arcabus*, Latinè radix dulcis, cibus ex lectissimo farre, strutiocamelus, fistula ferrea. Illud notabis viros satis peritos terminare hæc nomina litera z.

118 Az, ez, iz, oz, uz finita. 13 Regula. Omnia nomina, quæ finiuntur in *az, ez, iz, oz, uz*, sunt generis masculini. Exempla finitorum in *az*, sunt *alcatraz, arcaz, belmaz, capataz, marruaz, primaz*, Latinè compositor luxatorum artuum, pinacotheca, umbilicus, primarius inter mechanicos, monogrammus,primas. Generis tamen fœminini *paz*,Latinè pax.

Exempla finitorum in *ez* sunt *mez, tremez, entremez, arnez, pez, revèz*. Latinè mensis,alicastrum, exodium, thorax ferreus, pix, ictus transversus. Sunt tamen generis fœminini *torquez, rez, têz,fêz,vez*. Latinè forfex, pecus,superficies,fex,vicem,vice.

Exempla finitornm in *iz*,sunt *chafariz,matiz da pintura; verniz, chamariz*, Latinè aquarium, lumen picturæ, vernix, avis miliaria. Excipiuntur quæ sunt fœminini generis, ut sunt *aboiz,perdiz, codorniz, raiz, matriz*.

Latinè excipula, perdix, coturnix, radix,matrix:potest etiam excipi *apprendiz* tanquam generis communis.

Exempla finitorum in *oz* sunt *albernôz arroz, arriôz*, Latinè sagum, oriza globulus lapideus. Excipiuntur

tur tanquam generis fœminini *nôs*, *foz*, *vôz*. Latinè nux, ostia, vox.

Exempla finitorum in *uz*, sunt *capùz*, *alcatrùz*, *arcabùz*, *avestrùz*, Latinè cuculio pullus, haustrum, fistula ferrea, strutio. Sunt tamen generis fœminini *luz*, *cruz*.

Sit 14. Et ultima regula extra ordinem pro finitis litera *y* quæ irregularis est, & anomala, utpote nec consonans, nec perfectè vocalis. Pro illis igitur regula irregularis fertur in hunc modum. Ex nominibus finitis litera *y* tot fere sunt masculina, quot fœminina. Masculina sunt *Rey*, *pay*, *boy*. Rex, pater, bos. Fœminina sunt *May*, *ley*, *grey*. Mater, lex, grex.

Ad calcem hujus subsellij de generibus linguæ Lusitanæ, observare licet eàm non carere genere illo quod græci vocant epicænum, Latini promiscuum: & hujus generis sunt nomina sub vno articulo marem, & fœminam significantia, ut milvus, vulpes, lepus. Igitur apud Lusitanos sunt generis epicæni *pulga*, *piolho mosca*, *mosquito*, *minhoca*, *minhoto*, Latinè pulex, pediculus, musca, culex, lumbricus, milvus. Nam hæc, & similia sub eadem terminatione continent marem, & fœminam. Semper enim dicimus *pulga*, & nunquam *pulgo*: semper *piolho*, & nunquam *piolha*: semper *mosca*, & nunquam *mosco*: semper *mosquito*, & nunquam *mosquita*: semper *minhoca*, & nunquam *minhoco*: semper *minhoto*, & nunquam *minhota*. 119 Epicænum genus.

Si cui ex multis me peritioribus occurrerit aliqua exceptio in assignatis regulis, vel illam scribat ad marginem, vel ex charitate me moneat, ut addatur in sequenti editione.

SVBSELLIVM IV.

De præteritis, ac supinis: gerundiis & participiis verborum.

QVàm difficile est in Latina lingua scire verborum præterita ob nimiam varietatem, quæ in illis reperitur: Præterita verborum.

peritur: & ob innumeras exceptiones quæ fiunt à generalibus regulis, tam facile est in Lusitana lingua agnoscere præterita verborum propter magnam uniformitatem, quam servant verba omnia triplicis nostræ conjugationis, exceptis anomalis.

Ex supradictis de formatione verborum, *num.* 85. & 96. proclive erit illorum præterita nobis exponere, & tyronibus intelligere, assignata solùm triplici regula pro dignoscendis præteritis triplicis conjugationis in hunc modum.

Formatio præteritorum. Sit prima regula pro prima conjugatione. Verba primæ conjugationis habent præterita finita in *ey*, v.g. *Amo, amey: ensino, ensiney: levo, levey: lavo, lavey.* Formatur hoc præteritum, (ut jam diximus classe.2.) ex prima persona præsentis Indicativi, mutata litera *o*, in syllabam *ey*. Solùm vendicant aliqualem varietatem, non in ultima syllaba, quam semper habent in *ey*, sed in consonante antecedente verba finita in *co*, quia verba hujusmodi mutant syllabam *co*, in syllabam *quey*, v.g. *Fico, fiquey: finco, finquey, ronco, ronquey* & sic de reliquis.

Sit secunda regula pro secunda conjugatione. Verba secundæ conjugationis habent præterita terminata litera *i*, v. g. *leyo, li: movo, movi: perco, perdi*: mutata litera *e*, tertiæ personæ singularis præsentis Indicativi in literam *i*, v.g. *le, li: move, movi: perde, perdi.* Formantur dicta præterita non ex prima persona præsentis, sicut verba primæ conjugationis: quia formatio manet facilior, ex eo quòd nonnulla verba secundæ conjugationis finita in *co*, mutant literam *c*, in *d*, in secunda persona: & alia finita in *jo*, perdunt *j*, ut *Perco, perdes: vejo, ves.*

120 Sit tertia regula pro tertia conjugatione, Verba tertiæ conjugationis habent & præterita in *i*, v. g. *Ouço, ouvi: meço, medi: afflijo, affligi: sinto, senti: Bulo, boli.* Formatur ex tertia persona singularis præsentis Indicativi mutata litera *e*, in *i*. Capitur hujusmodi formatio ex tertia persona, & non ex prima, sicut in verbis primæ conjugationis, ut maneat facilior: siquidem aliqua verba tertiæ conjugationis mutant in secunda,

&

& reliquis personis non solùm literam *o*, sed etiam consonantem antecedentem, juxta ea quæ supra monuimus, ob quam rationem assignamus pro exemplis verbum *ouço*, quod mutat literam *c*, in *u*, *ouve*, *ouvi*: verbum *meço*, & similia in *ço*, quæ mutant *c*, in *d*, *mede*, *medi*: verbum *afflijo*, & similia in *o*, quæ mutant *j*, in *g*, *afflige*, *affligi*: Verbum *sinto*, & similia quæ habent *i*, in penultima, & illud in tertia persona, ac reliquis mutant in *e*, *sente*, *senti*; verbum *bulo*, & similia, quæ habent *u*, in penultima, & illud in secunda persona, & reliquis mutant in *o*, *bole*, *boli*, &c.

Pro maiori explicatæ regulæ triplicis perspicuitate, observandum est 1. quod jam supra tetigimus, Latinos non sortiri formationem in præteritis: cum enim subeant tantam in illis mutationem & varietatem, nequeunt designare certam, & generalem regulam, qua dicta præterita regantur: verùm in Lusitana lingua ob tantam ostensam in præteritis uniformitatem, dantur formationes præteritorum in omnibus conjugationibus, & per formationes facilè innotescunt præterita, & alia tempora quæ ex præteritis formantur. Præteritorum formatio.

Observandum est 2. Latinos formare à præteritis perfectis Indicativi omnia præterita perfecta, & plusquam perfecta omnium modorum in voce activa: non sic Lusitanos, qui formant eo modo, quem exposuimus, & facilior est.

Observandum est 3. Latinos non habere certam regulam dignoscendi verborum supina in quibus datur eadem, & maior varietas, quàm in præteritis. Nihilominus magni faciunt huiusmodi tempus: quia ex illo formant participium passivum, cum quo, & verbo *sum, es, fui*, supplent omnia præterita, & aliqua futura passiva. Lusitani è contra minoris faciunt supina: quia illorum usus est minùs necessariùs & frequens: supplent enim supina omnium verborum cum particulis *a*, *ou pera*, antecedentibus, & cum præsenti tempore infinitivi modi, v. g. *a amar*, *ou pera amar*: *a ler*, *ou pera ler*: *a ouvir*, *ou pera ouvir*. Supina verborum.

Quod attinet ad gerundia, & participia, ea plurimi

faciunt Lusitani propter eorum utilitatem, frequentiorem usum, & formationes, quæ fiunt à participijs: qualiter autem se habeant hujusmodi gerundia, participia, & formationes, exposuimus, *num.*79.&83. 84.

CLASSIS V.

De syntaxi, & syllabis linguæ Lusitanæ.

121 ## SVBSELLIVM I.

De syntaxi, seu compositione orationis apud Lusitanos.

Syntaxis quid & quotuplex.

SYNTAXIS vox Græca idem valet apud Latinos atque structura, constructio, & series, à verbo Græco *Syntaxo*, ordino. Est igitur recta partium orationis inter se compositio: dividitur in justam & figuratam. *Iusta*, docet quibus modis oratio absque errore perfecta, suisque numeris omnibus absoluta possit evadere: & hoc est peculiare munus Grammaticæ. Figurata docet quomodo oratio ornari debeat figuris, ut suis veluti coloribus, pigmentis, & luminibus fulgeat: & cum hæc pars ad rhetores spectet, nobis tantùm sermo erit de priori, utpote ad Grammaticos pertinente.

Illud prænotandum, sicut syntaxis apud Latinos est vastissima, & difficilima ob diversitatem casuum in nonominibus, & multiplicem casuum postulantiam in verbis, ita apud Lusitanos esse brevissimam, & facillimam ex contraria ratione. Nomina enim Lusitana non habent varietatem casuum in se ipsis: cum semper in singulari scribantur, & pronuncientur iisdem characteribus, & in plurali addant finales à singulari diversos, sed semper eosdem. Dixi nomina quia pronomina aliter

aliter se habent, ut exposui *num.22.*

Dixi(non habent varietatem casuum in se ipsis) quia licèt in se ipsis non mutentur acceptis characteribus diversis, tamen (ut exposui *n.26.*) à quibusdam particulis, seu articulis accipiunt quandam extrinsecam mutationem, qua æquipollent nominibus Latinorum casus diversos per intrinsecam mutationem habentibus tam in singulari, quàm in plurali.

Cum igitur syntaxis consistat in recta partium orationis inter se compositione, quam præcipuè Lusitanæ linguæ conferunt quædam particulæ, & articuli, in his referendis, & declarandis nostra desudabit industria. 122 Syntaxis Lusitanorum.

Articuli sunt *a, â, o, ao : as, âs, os, aos*, quibus adde propositiones *de, da, do : des, das, dos : na, no : nas, nos. Pera, em, com, sem*, quæ regulariter præfiguntur nominibus. Articuli præponuntur solis substantivis determinatis: nam indeterminatis nullus præfigitur articulus; v. g. *tenho desejo de vos servir:* Cupio tibi servire, ubi nullus articulus præfigitur nomini *desejo* utpote substantivo indeterminato. Secus in determinatis, ut in hac. *Pedro foy a casa de Antonio*, ponitur enim ibi articulus *a*, propter substantivum determinatum nempe *casa de Antonio.*

Illud obiter notandum est, aliquando ob dissonantiam, si post dictionem desinentem in consonantes *r*, aut *s*, sequantur articuli *o*, vel *os*, vel *as*, tunc abjecto *r*, vel *s*, ipsorum loco poni *l*, v. g. *Quero velo*, pro *quero ver o. Quero velos*, pro *quero ver os. Eu vola dou*, pro *eu vos a dou. Eu volas dou*, pro *eu vos as dou.* Id enim apud Lusitanos fit euphoniæ, seu consonantiæ gratia. Dixi (ob dissonantiam) quia si hæc non detur, sonum usu temperante, non dabitur prædicta mutatio.

Superest exponere quod specialissimum est in syntaxi, nempe varietatem casuum, quos articuli, & præpositiones regunt, seu potiùs denotant in nominibus postulatos à verbis, & ipsismet præpositionibus. Casuum varietas ex articulis.

Articulus, seu particula *a*, inservit aliquando nominativo, & aliquando accusativo: v. g. *a casa he fermosa*, domus est pulchra, *Ira casa*, ire in domum. Particu-

la *â*, cum accentu inſervit aliquando dativo, v.g. *Convem â caſa*, expedit domui: aliquando inſervit accuſativo, v.g *Vou â caſa*. Eo domum.

Particulæ denotantes caſus. Particulæ *de*, *da* aliquando denotant genitivum, v.g. *Parte da caſa* pars domus: aliquando denotant ablativum, v.g. *venho de caſa, ou da caſa de Pedro.* Venio è domo, vel ex domo Petri. Præpoſitio *pera*, quandoque oſtendit accuſativum, v.g. *Vou pera caſa*, Eo domum: quandoque dativum, v.g. *Pera minha caſa baſta iſto.* Domui meæ ſatis eſt hoc. Particula *ô*, cum accentu ſemper monſtrat vocativum, v.g. *ô, fermoſa caſa!* ô Pulchra domus!

123 Præpoſitiones *em*, *na*, *no*, *com*, *ſem*, ſemper innuunt ablativum, v.g. *Eſtou em caſa, ou na caſa de Pedro. Eſtou com caſa, e com armaçam: ou ſem caſa, e ſem armaçam.* Sum in domo Petri: ſum cum domo, & periſtromate: vel ſine domo, & ſine periſtromate. Idem cum proportione dicendum eſt de plurali numero, cui inſerviunt particulæ *as*, *âs*, *das*, *nas*; ſimiliter *de*, *pera ô*, *em*, *com*, *ſem*, quæ invariatæ cadunt in utrunque numerum.

Quod attinet ad particulas inſervientes generi maſculino, particula *o*, ſine accentu denotat aliquando nominandi, aliquando accuſandi caſum v.g. *O templo he fermoſo. Vi o templo fermoſo.* Templum eſt pulchrum. Vidi templum pulchrum. Particulæ, *de*, *do* aliquando genitivo inſerviunt: v.g. *Parte de hum templo, ou do templo.* Pars unius templi, vel templi: aliquando inſerviunt Ablativo, v.g. *venho de hum templo, ou do templo.* Venio ex vno templo, vel à templo.

Particula *ao*, oſtendit Dativum, v.g. *Convem ao templo eſtar ornado* Expedit templo ornatum eſſe, oſtendit etiam accuſativum, v.g. *Vou ao templo da Companhia.* Eo ad templum Societatis. Particula *pera* regulariter deſignat Accuſativum, v.g. *Vou pera o templo.* Eo in templum. Aliquando denotat Dativum, v.g. *Pera templo de religioſos nam baſta pouco.* Religioſorum templo non ſatis eſt parum. Particula *ô* cum accentu ſemper oſtendit vocativum, v.g. *ô templo digno de veneraçam!* ô templum cultu, & veneratione dignum!

Particulæ

Particulæ *em,no,com,sem* semper ostendunt Ablativum, v. g. *Estou em hum templo, ou no templo.* Sum in quodam templo, vel in templo. *Com templo, e com casa se vive bem.* Cum templo, & cum domo vita ducitur rectè. *Sem templo, e sem casa nam se vive bem.* Absque templo, & absque domo non rectè vivitur.

Idem cum propositione dicendum est in plurali de particulis *os, aos, dos, nos*, & de particulis *de, pera,ô, com, sem*, quæ non soli singulari, sed etiam plurali inserviunt. Est hic notandum quod jam alibi diximus, particulas, *pera, em, com, sem* jungi sæpe particulis singularis *a,o*, & particulis pluralis *as, os*, v.g.in his formulis, *Pera a casa: Pera o templo. Pera as casas, pera os templos. Em a casa: em o templo. Em as casas; Em os templos. Com a casa: Com o templo. Com as casas: com os templos. Sem a casa: sem o templo. Sem as casas: sem os templos.*

Qui attentè per otium scrutatus fuerit quæ de syntaxi Lusitanorum in hoc subsellio collocavimus, facilè intelliget has duas casuum combinationes, nempe genitivum, & Ablativum: Dativum, & Accusativum fere semper ita coincidere, vt particulæ eædem, quæ ostendunt genitivum, ostendant etiam Ablativum, & particulæ eædem quæ indicant Dativum, etiam indicent Accusativum. Quod erit magis perspicuum legenti quæ diximus à *n.* 26. exponentes nominum declinationes. Quia ibi attulimus exemplaria quorundam nominum, quibus supradictos articulos præfiximus, & ante eosdem expressimus casus, quos articuli denotabant.

Hæc tam pauca complectuntur universam syntaxim Lusitanæ linguæ, quam proinde summa facilitate, & absque erroris periculo nationes exteræ possunt addiscere, simulque intelligere quantum in hac parte lingua nostra excedat Latinam; in qua innumerabilium præceptorum,& exceptionum vastitas obruit tyrones, torquet studiosos, & etiam peritissimos quosque exponit errandi periculo. Scio laudem hanc non esse nostræ linguæ peculiarem,sed comũnem omnibus fere linguis, quæ vulgares sunt, & jam in toto orbe percrebuere.

Sano enim consilio, ac veluti à natura insito maluerunt gentes brevem facilitatem, qua certiùs loquerentur, quàm prolixam difficultatem, qua faciliùs errarent.

---

124 SVBSELLIVM II.

De syllabarum lingua Lusitana quantitate quoad penultimas.

Syllabarū quantitas.

CONstat 1. apud Grammaticos dari characteres, seu literas, de quibus, & ipsarum pronũtiatione egimus initio huius operis Classe 1. subsel. 1. Constat 2. apud Poëtas ex literis syllabas, ex syllabis pedes, & ex pedibus versus coalescere. Constat 3. diphthongum esse conjunctionem duarum vocalium in unam eandemque syllabam coëuntium.

Nobis in hac Lusitana Grammatica sermo non est de syllabis in ordine ad pangenda carmina, sed solùm in ordine ad erudiendos tum domesticos, tum exteros circa quantitatem Syllabarum, ut scilicet juxta certas normas de recta pronunciatione, noscant Lusitana vocabula aptè producere, vel corripere, quando pronuncient. Cum verò Lusitanarum vocum pronunciatio sive correpta, sive producta in solis Syllabis penultimis, vel ultimis sentiatur, in hoc subsellio penultimas, in sequenti, & ultimo ultimas expendemus.

Dicturi tamen de syllabis judicamus opportunè prævium, ut qui diphthongi naturam diximus consistere in syllaba ex duabus vocalibus coalescente, ipsiùs multiplicitatem, quæ insurgit ex diversa vocalium combinatione recenseamus. Fit igitur diphthongus primæ combinationis *ae*, in vocibus *cae*, *caem*, item *ay*, in vocibus *pay*, *day* : *ao*, in vocibus *pao*, *mao*, : *au*, in vocibus *causa*, *pausa*.

Diphthōgus.

Secundæ combinationis fit diphthongus *ea*, in vocibus *lamprea*, *fez* : item *ey*, in vocibus *Rey*, *ley*, *farey*: *eo* in vocibus *ceo*, *veo* : item *eu*, in vocibus, *meu*, *teu*, *sandeu*.

Tertiæ

Tertiæ combinationis *io*, in vocibus *fugio*, *vio*.

Quartæ combinationis *oe*, in vocibus *poem*, *dispoem*: item *oy*, in vocibus *boy*, *foy*: item *ou* in vocibus *dou*, *grou*.

Quintæ combinationis *ua*, in vocibus *guarda*, *gualdrapa*: *ue* in vocibus *guerra*, *quebrar*: item *ui* in vocibus *guincho*, *guindaste*: item *uo*, in vocibus *quotidiano*, *quoque*.

Vide etiam tria genera diphthongorum quæ explicabimus *infra num.* 166. ubi invenies literas eiusdem generis coalescentes in diphthongum, v.g. in vocibus *Irmaã*, *maçaã*.

Explicata diphthongi natura, & multiplicitate, ut syllabarum quantitatem, seu mensuram in penultimis, & ultimis Lusitanæ linguæ syllabis explicemus, sciendum est syllabas, quas temporibus metimur, aut esse breves, aut longas. Tempus enim, est spatium, seu intervallum quo syllaba pronuntiatur. Vnde quantitas syllabæ brevis constat ex uno tempore, seu spatio: syllabæ autem longæ ex duobus. Notanda tamen est diversitas inter quantitatem syllabarum linguæ Latinæ, & linguæ Lusitanæ: quia in lingua Latina solùm datur quantitas longa, vel brevis: at in lingua Lusitana præter longam & brevem datur media inter utramque, quæ in rigore nec longa, nec brevis est: ut patet in penultima hujus vocis *mancebo*, quando enim pronuntiatur, nec unicum tantùm nec duplex tempus implet, sed unum, & dimidium, ut attentè pronuncianti, & audienti constabit.

Syllabarũ quantitas.

aballys media inter brevẽ, & longam.

Contra hanc mediam syllabam, quam videmur inutiliter amore novitatis excogitare, imò fingere in nostra lingua, poterit aliquis insurgere, & nobis succensere dicens esse superfluam, imò abhorrentem à Latinitate, à qua Lusitana lingua promanavit. Latini enim in syllabis solùm agnovere quantitatem duplicem, scilicet brevem, & longam, nullam verò mediam, cum sua quædam vocabula habentia penultimam longam, v. g. *extremus*, *supremus* pronuntiarent eodem sono, quo nos eadem, & similia pronuntiamus: malè igitur statuimus in his, ac similibus vocibus

neque

neque esse brevem, neque longam, sed mediam.

Respondemus, nobis imprimis constare non posse de sono quo Latini suas dictiones pronuntiabant: quia nemo ex viventibus audivit vel Tullium dicentem, vel Romanos alios colloquentes inter se. Verùm dato quòd sic, vel sic pronuntiaverint, & sui poetæ nullam aliam præter longam, & brevem ad pangenda carmina agnoscerent syllabam, nos, quibus non est cura de carminibus, sed solùm de inculcando sono pronuntiationis, nulla omninò ratione possumus docere exteros pronuntiationem nostræ linguæ, nisi illis distinctè aperuerimus triplicem sonum, scilicet medium inter duos extremè oppositos, brevem, & longum.

Quòd verò detur hujusmodi triplex sonus in eademmet Syllaba respectu triplicis dictionis, certissimum est, & patet 1. In penultimis hujus triplicis dictionis *conĕgo*, *emprego*, nomen, & emprêgo verbum: in quibus cum manifestum sit primam habere penultimam brevem, tertiam habere penultimam longam, secundam nec brevem, nec longam, sed sonantem medio quodam sono inter utranque, sequitur quòd aptè dicatur habere penultimam mediam.

Patet 2. In penultimis harum trium dictionum *aspĕro*, *tempero*, nomen, & *tempêro* verbum; & in his *vespŏra Senhora*, *espôra*. Quia sicut in proximè explicatis prima habet penultimam brevem, tertia habet longam, secunda igitur cum nec brevem, nec longam habeat habere mediam necesse est. Addo in eadem materiali voce iisdem characteribus scripta reperiri triplicem dictum sonum. Nam hæc vox *se*, quando est conjunctio, v. g. *se eu for*, pronuntiatur brevis: quando est persona verbi substantivi in imperativo *se tu* sonat media: quando est nomen *Sé*, id est cathedralis Ecclesia, sonat longa.

Hic modus ad exponendum discrimen hujus triplicis pronuntiationis mihi aptus visus est. Si quis me doctior qui passim reperietur, aptiorem alium me doceat, paratus sum, meo abjecto, illum amplecti memor Ecclesiæ lumen S. Augustinum dicere solitum se paratum

tum esse discere à puero etiam trium annorum.

Veniamus ad penultimarum regulas, quas assignabimus per vocales *a, e, i, o, u*, sumendo singulas adhærentes consonantibus alphabetico ordine digestis.

REGVLÆ PENVLTIMArum quæ fiunt per vocalem a. 125

1 Regula. Omne nomen, vel vocabulum Lusitanum finitum in *abo*, vel *abâ : aco* : vel *aca : acho*, vel, *acha : aço*, vel *aça : ado*, vel *ada :* item in *afo*, vel *afa*, in *ago*, *aga*, vel *agem : agro*, *agra*, vel *agre: alho*, vel *alha : alo*, vel *ala* habent penultimam longam. Penultimæ in a.

Exempla finitorum in *abo*, vel *aba* sunt *Diâbo, mangâba*, diabolus, fructus Indicus : in *aco*, vel *aca macâco, macâca*, simius, simia : in *aço*, vel *aça, madraço, linhaça*, nebulo, semen lini : in *acho*, vel *acha*, *mingâcho, garnâcha*, peculium, abolla : in *ado*, vel *ada*, *amado, punhada*, amatus, ictus pugni. Excipitur *levado*, *cagado*, pen. brevi si accipitur pro testudine : in *afo*, vel *afa*, *abâfo, abâfa*, foveo, fovet : in *ago, aga*, vel, *agem*, ut *saramâgo*, *adâga*, *tanchâgem*, armoracia, pugio, p'antago. Excipitur *estamago*, *amago*; stomachus, medulla, pen. brevi : in *alho*, vel *alha*, *cigâlho*, *toalha*, esca, mantile : in *alo*, vel *ala*, *badâlo*, *bengalâ*, crepitaculum, canna Indica. Excipitur *scandalo*, & similia accepta à Latinis pen. brevi.

2 Regula. Lusitana vocabula finita in *amo*, vel *ama: anho*, vel *anha : ano*, vel *ana* habent penultimam mediam. Exempla finitorum in *amo*, vel *ama* sunt *escamo*, *courama*, desquamo, pelles : in *anho*, vel *anha* sunt *gadanho : pianha* : uncinus, pyramis : in *ano*, vel *ana* sunt *mundano*, *mundana*, *engano*, *engana*, mundanus, mundana, fallo, fallit. Excipiuntur *canhamo*, *bigamo*, *Piramo*, *Priamo* pen. brevi, & si quæ alia à Græcis accepta. Longam habent *amâmos*, *ensinâmos* de præterito,

præterito, & ſimilia. *Pampano*, *tympano* ſunt brevia.

3 Regula. Finita in *apo*, vel *apa*: *aque*: *aro*, vel *ara*, habent penultimam longam. Exempla finitorum in *apo*, vel *apa* ſunt *guardanâpo*, *ſolâpa*, mappa, ſuffoſſio: in *aque* ſunt *basbâque*, *almadrâque*, morio, culcitra ſtramentitia: in *aro*, vel *ara* ſunt *empâro*, *ſafâra*: protego, Sylveſtris. Excipiuntur quædam habentia penultimam brevem, ut *cantaro*, *pucaro*, *laparo*, *tartaro*, *buſaro*, *luparo*, *piſaro*, *picaro*: *tuſſaro*, *comaro*, *Tartaro*, *camara*, *tamara*, *ſovaro*, *paſſaro*, *lazaro*, *barbaro*, *Ianizaro*, *Eſquizaro*. Cantharus, urceus, lepuſculus, blæſus, bubalus, luparus, tibia militaris, vir abjectus: Tuſſarus, commarus, Tartarus, camera, dactylus, ſuber, avis, leproſus, Barbarus, Ianiſerus, Eſquiſarus.

4 Regula. Luſitana vocabula finita in *arro*, vel *arra*: in *ato*, vel *ata*; in *avo*, vel *ava*, *axo*, *axa*; *azo*, *aza* producunt ſyllabam penultimam. Exempla finitorum in *arro*, vel *arra* ſunt *bizârro*, *bizârra*, jactabundus, iactabunda: in *ato*, vel *ata*, *es folagâto*, *malagâta*, tergiverſatio, genus byſſini: in *avo*, vel *ava*, *eſcrâvo*, *eſcrâva*, ſervus, ſerva. Excipitur habens penultimam brevem *concavo*, concavus, & ſi quæ ſimilia habemus à Latinis, ut *biſavo*, proavus. In *axo*, *axa* ſunt *cartaxo*, *encaza*, avicula quædam, aptat. In *azo*, *aza* ſunt *deſazo*, *deſaza*. Alas aufero, aufert.

---

126 REGVLÆ PENVLTIMA-rum quæ fiunt per vocalem e.

Penultimæ in e. 1 Regula. Voces Luſitanæ quæ deſinunt in *ebo*, *eba*: *edo*, *eda*; *efo*, *efa* habent penultimam mediam, ſeu proximè accedentem ad longam: quæ verò deſinunt in *echo*, *echa*, vel *eco*, *eca* habent omnino longam. Exempla deſinentium in *ebo*, *eba* ſunt *mancebo*, *manceba*, juvenis, concubina: in *edo*, *eda* ſunt *concedo*, *azeda*, *enredo*: concedo, acida, irretio: in *efo*, *efa*, *borrefo*, ou *borrefa*, avis implumis. Excipiuntur penultimæ in verbis

Verbis *azêdo, azêdas, azêda, arremêdo, arremêda, arrêdo, arêda*, & similibus, quæ sunt omnino longæ. In *ese*, sunt longa, ut *tabêse*: lac ovium decoctione crassius. *Magarese*, lanio. Item in *esa, tarêsa*, pensum. Exempla desinentium in *echo echa*, vel *eco, eca*, omninò longa sunt, *esmêcho, esmêcha*: *marrêco, bonêca*, vulnero caput, vulnerat caput: anserculus, pupa. Finita in *eço, eça*, habent pen. mediam, ut *começo*; *arremeço, cabeça* nomina, *adormeço, amadureço*, verba: Initium, projectio, caput, obdormio, maturesco. Excipiuntur *comêço, arremêço, empêço* verba: Incipio, projicio, offendo, & similia habentia pen. longam.

2 Regula. Omnia finita in *ego*, vel *ejo*, habent pen. mediam: finita in *elo*, vel *ela*, habent penultimam longam. Exempla finitorum in *ego*, sunt *morcego, socego, relego, Gallego*. Vespertilio, quies, relegium, Gallecus. Excipiuntur *conego, trafego, soffrego, pecego, follego, corrego*. Canonicus, tumultus, fervidus, malum persicum, anhelitus, rivulus habentia penultimam brevem. Item *entrêgo, entrêga*, trado, tradit: *esfrêgo, esfrêga*, frico, fricat, habentia longam, sicut *allego, allega*, cito, citat: *trasfego, trasfega*, elutrio, elutriat, quæ habent penultimam longam. Item *emprego* verbum, quia *emprego*, nomen sequitur generalem regulam. Invenio pen. brevem in *batega, cocega*, nymbus, titillatio.

Exempla finitorum in *ejo*, vel *eja*, sunt *bocejo, boceja, eranguejo*, oscitor, oscitatur, cancer. Excipiuntur: *Alentêjo, envêjo envêja*, Invideo, invidet, habentia penultimam longam. Exempla finitorum in *elo*, vel *ela*, sunt *martêlo, murzêlo, marmêlo, querêla, barbella de boy*, malleus, subniger, malum cotoneum, querela, paleare. Ecipiuntur *ourelo, bebelo*, , *ou vertelo*, habentia pen. mediam.

3 Regula. Finita in *emo*, vel *ema*, item in *eno*, vel *ena*, habent penultimam mediam: at finita in *epo, epa*, vel *eque*: item in *ero*, vel *ara*, habent penultimam longam. Exempla finitorum in *emo*, vel *ema*, sunt *supremo, postema, diadema*, supremus, apostema, corona regia. *Ingreme*, id est acclive finitum

in *eme* brevem habet. Exempla finitorum in *eno*, vel *ena* sunt *aceno, antena açacena*, nutus, antennæ, lilium candidum. Exempla finitorum in *epo*, vel *epa* longa sunt, *decêpo, decêpa, carêpa*: præcido, præcidit, furfures, sicut in *epe Iulêpe*, Iulex. In *eque* est *molêque* Æthiops puer. Exempla finitorum in *ero*, vel *era* sunt *espêro*, *espera*, *sevêro*, *sevêra*. Excipiuntur *aspero*, *prospero*, & si quæ similia habentia penultimam brevem, habemus à Latinis. *Tempero* nomen, id est condimentum, habet penult. mediam.

4 Regula. Vocabula finita in *eso*, vel *esa*, item in *eto, eta, ete*, item in *evo, eva, eve* habent penultimam mediam. Exempla finitorum in *eso*, vel *esa* (Aliqui scribunt per *z*, sunt *despreso*, *grandesa*, *lindesa*, contemptus, magnitudo, pulchritudo. Excipiuntur *desprêso*, *desprêsa* in verbo contemno, contemnit, & si quæ similia occurrant penultima verè longa. Exempla finitorum in *eto, eta, ete*, sunt *carapeto*, *galheta*, *ramalhete, bofete*, rubus, urceolus, fasciculus, trapeza. Excipiuntur *grumête, topête, bofête, promête, compête, acomête, arremete*: melonauta, copronæ, levis alapa, promittit, æmulatur, aggreditur, impetit, cum similibus. Exempla finitorum in *evo, eva, eve*, sunt *atrevo, atreva, atreve*, audeo, audeat, audet. Excipiuntur habentia longam, ut *entrêvo*, *entrêva*, *entrêve*, *encêvo*, *encêva*, capior membris, capitur membris, capietur membris: *cebo lino*, *cebo linito*, & si quæ similia.

---

127 *REGVLÆ PENVLTIMArum quæ fiunt per vocalem* i.

Penultimæ in i.

1 Regula. Lusitana vocabula terminata in *ibo*, *iba*, *ibe*: *icho, icha, iche*; *ico*, *ica*: *iço*, *iça, ice*: *ido, ida*: & *iso*, *isa*, *ise* habent penultimam longam. Exempla terminatorum in *ibo*, *iba*, *ibe* sunt *arribo, arriba*, *abibe*: retrocedo, retrocedit, ibis, idis. In *icho*, *icha*, *iche* sunt *Esguicho*, *esguicha*, *azeviche*, erumpo, erumpit, gagates. Exempla finitorum in *ico*, *ica* sunt *massarico*, *botica*,

botica, alcedo, pharmacopolium. Excipe *agarico*, *mecanico*, *ecumenico*, *critico*, & similia á Græcis, & Latinis accepta pen. brevi. Exempla finitorum in *iço*, *iça*, *ice* sunt *roliço*, *preguiça*, *velhice*, teres, pigritia, senectus. Exempla finitorum in *ido*, *ida*, sunt *marido*, *medida*, maritus, mensura. Excipiuntur *humido*, *pallido*, *torrido*, *horrido*, & similia habentia penultimam brevem quæ accepimus à Latinis. Exempla desinentium in *iso*, *isa*, *ise* sunt *borriso*, *alcatifa*, *patife*, oris inspersio, stroma, bajulus. Excipiuntur *apocrifo* & si quæ alia habemus à Latinis pen. bre.

2 Regula. Vocabula finita in *igo*, *iga*: *ijo*, *ija*: *ilho*, *ilha*; *ilo*, *ila*, *ile* habent penultimam longam. Exempla finitorum in *igo*, *iga* sunt *amigo*, *amiga*: *obrigo*, *obriga*: amicus, amica, obligo, obligat. Excipiuntur *prodigo*, *prodiga*, & si quæ alia accepimus à Latinis penultima brevi. Exempla finitorum in *ijo*, *ija* sunt *Montijo*, *artemija*, quoddam oppidum, parthenis. Exempla finitorum in *ilho*, *ilha* sunt *atilho*, *beatilha*, ligamen, calantica. Exempla finitorum in *ilo*, *ila*, *ile* sunt *gorgòmilo mamila*, *opile*, rumen, mamma, obstruat. Excipiuntur *Ypsilo*, *Totila* pen. bre.

3 Regula. Omnia finita in *imo*, *ima*: *inho*, *inha*: *ino*, *ina*: *ipo*, *ipa*, *ipe*: *iquo*, *iqua*, *ique*: *iro*, *ira*, *ire* habent penultimam longam. Exempla finitorum in *imo*, *ima* sunt *cadimo*, *esgrima*, exercitatus, ludus gladiatorius. Excipiuntur *infimo*, *infima*, *anonimo*, *Ieronimo*, *icenimo*, *intimo*, *maximo pessimo*: & si quæ alia penultima brevi habemus à Latinis. Exempla finitorum in *inho*, *inha* sunt *moinho*, *asinha*, molendinum, celeriter. Exempla desinentium in *ino*, *ina* sunt *menino*, *menina*, puellus, puella. Exempla desinentium in *ipo*, *ipa*, *ipe*, sunt *gualdipo*, *gualdipa*, *acepipe*: surripio, surripit, cupedia. Exempla finitorum in *iquo*, *iqua*, *ique* sunt *iniquo*, *iniqua*, *lambique*: iniquus, iniqua, stillicidium. Exempla desinentium in *iro*, *ira*, *ire* sunt *retiro*, *mentira*, *suspire*: secessus, mendacium, suspiret.

4 Regula. Finita in *iso, isa*, vel *izo, iza*: item in *ito, ita: ivo, iva*: & *ixo*, *ixa* sunt longa. Exempla desinentium in *iso, isa*, vel *izo, iza*, sunt *Aviso*, *camisa*. *juizo*, *ogeriza*, monitum, subucula; judicium, pervicacia. Exempla finitorum in *ito*; vel *ita*, sunt *cabrito*, *maldita*, hædus, maledicta. Excipiuntur *pulpito*, *vomito*, *decrepito*, *espirito*, & si quæ alia venerunt nobis à Latinis habentia penultimam brevem. Exempla finitorum in *ivo*, *iva*: *ixo*, *ixa* sunt *altivo*, *altiva*: *prolixo*, *prolixa*; superbus, superba: prolixus, prolixa.

---

128 *REGVLÆ PENVLTIMArum quæ fiunt per vocalem o.*

Penultimæ in o. 1 Regula. Desinentia in *obo*, *oba*, *obe* habent penultimam mediam: finita in *obro*, *obra*, *obre* penultimam longam. Exempla desinentium in *obo*, *oba*, *obe* sunt *lobo*, *loba arrobo*, *alcoba*, *arrobe*, *adobe*; lupus, lupa, congius, penetrale domus, defrutum, later. Excipiuntur *glôbo*, Latinè globus; item prima, & tertia persona verbi *arrôbo*, *arrôba*, pondero, ponderat, quæ habent longam. Excipiuntur ex opposito *succobo*, *incobo*, *succoba* (ut aliqui scribunt) & si quæ alia à Latinis accepimus penultima brevi. Exempla finitorum in *obro*, *obra*, *obre*, sunt *ôbro*, *ôbra*, *recôbro*, *recôbra*, *côbre*; operor, opus, recupero, recuperat, cuprum. Excipitur *cobro*, *dobro*, quæ habent pen. seu primam mediam, ut *por em cobro*, *pagar em dobro*: in tuto collocare, in duplo solvere.

2 Regula. Finita in *ocho*, *ocha*: in *oco*, *oca*: in *ofo*, *ofa*: in *odo*, *oda*, *ode*: in *ofo*, *ofa*, *ofe* habent penultimam mediam. Exempla finitorum in *ocho*, *ocha* sunt *arrocho*, *marrocho*, *marrocha*, pertica, monachus laicus, Monacha laica. Excipiuntur habentia penultimam longam *garrôcha*, *carôcha*, aclis, diadema

dema infame, & in verbis *arrôcho, arrôcha* : *agarrôcho, agarrôcha, atôcho, atôcha: abrôcho, abrôcha*, pertica comprimo, pertica comprimit : aclide vulnero, aclide vulnerat : præfigo, præfigit : ſtringo ſtringit.

Exempla finitorum in *oco*, *oca*, ſunt *bioco*, *marzoco*, *marzoca*, *Tinoco*, *Tinoca* : geſticulatio, morio, ſtulta, cognomina nobilis familiæ. Excipiuntur habentia penultimam longam, *maſſarôca, mandiôcha, minhôca, bichôca* & ſimilia penſum, panis Braſilicus, lumbricus, ulcus. Exempla finitorum in *oço*, *oça*, ſunt *almoçe*, *moça*, jentaculum, puella. Excipiuntur longa, ut in verbo *almôço*, *almoça*, jentaculum ſumo, jentaculum ſumit: & in nomine *môça*, pyren. Item *remoço*, *remoça*, *carroça*, puerafco, puerafcit, carruca. Exempla finitorum in *odo*, *oda*, *ode* ſunt *engodo*, *voda*, *pode*, illicium, nuptiæ, potuit. Excipiuntur habentia longam verba *engôdo*, *engôda*, *pôde*, illicio, illicit, poteſt.

Exempla finitorum in *ofo*, *ofa*, *ofe*, ſunt *eſtofo* nomen, fartura à farcio, *eſtofa* etiam nomen, quando dicimus *homem de bayxa eſtofa*, homo vilis conditionis. Excipitur habens pen. lon. verbum *eſtôfo, eſtôfas, galhôfa*, farcio, farcit, feſtum geniale : *bôfe* pulmo habet longam. Dictis adde finita in *ofro*, *ofre*, ut *ſoffro*, *enxofre*, tolero, ſulphur. Excipiuntur pen. lon. *alcachôfra*, ſpondylium : & verbum *enxôfro*, *enxôfra*, ſulphure condio, ſulphure condit.

3 Regula. Finita in *ofro*, *ofra*, *ofre* : in *ogo*, *oga*, *ogue*: in *ojo*, *oja* : in *olo*, *ola*, *ole* habent penul. lon. Finita in *omo*, *oma*, *ome* : *onho*, *onha* : in *ono*, *ona*, habent pen. mediam. Exempla finitorum in *ofro*, *ofra*, *ofre*, ſunt *chôfro*, *alcachôfra*, *chôfre*, *côfre* : Fruſtror, ſpondylium, ictus globuli, arcula. Excipiuntur *ſofro*, *ſofra*, ſuſtineo, ſuſtineat pen. bre. Exempla finitorum in *ogo*, *oga*, *ogue*, ſunt *affôgo*, *affôga*, *affôgue*, ſuffoco, ſuffocat, ſuffocet : *deſafôgo*, *deſafôga*, *deſafôgue*, evaporo, evaporat, evaporet. Excipitur habens pen. mediam nomen *deſafogo*, evaporatio, & *fogo*, ignis.

Exempla finitorum in *ojo*, *oja*, ſunt *antôjo*, *antôja*,

anôjo; anôja, despôjo, despôja: obversatur, contristo, contristat: spolio, spoliat. Excipiuntur nomina *anojo, nojo, despojo, bojo, manojo*: obversatio, tristitia, spolium, alveus, manipulus, quæ habent penultimam mediam. Exempla finitorum in *olo, ola, ole*, sunt verbum *bôlo*, tango paxillos in ludo, *esfôlo, esfôla, esfôle, engôle, viôla, gallinhôla*, excorio excoriat, excoriet, deglutit, lyra, gallinago. Excipiuntur habentia penultimam mediam *miolo, bolo, rabolo de barbeyro, tolo, tola, cebola*. Medulla, placenta, cos rotunda, Stultus, stulta, cepe. Excipe *pirola*, pen. bre. catapotium, & *frivolo*, frivolus.

Exempla finitorum in *omo, oma, ome*, sunt *mordomo, arredoma, labuzome*, œconomus, ampulla, larva. Excipe *atomo* pen. bre. atomus: in *onho, onha* sunt *bisonho, bisonha, risonho, risonha*: novitius, novitia: ad risum prospensus, propensa. Exempla finitorum in *ono, ona*, sunt *dono, atafona, mangerona*: Dominus, pistrinum, amaracus. Excipitur habens pen. lon. *dôna*, domina.

129 4 Regula. Finita in *opla, opo, opa, ope*: item in *opro, opra, opre*: & in *oque*, habent pen. longam. Exempla finitorum in *opla*, sunt *manôpla, sinôpla*, ferrea chirotheca, synopsis. Exempla finitorum in *opo, opa, ope*, sunt *tôpo, tôpa, tôpe, galôpe, isôpe*, offendo, offendit, offendat, succussus, aspergillum. Excipitur habens pen. mediam *ropo da escada, lopo, sopa, cachopo*, scalæ planum, Lupus, offa, puer.

Exempla finitorum in *opro, opra, opre*, sunt in verbo *assôpro, assôpra, assôpre*, afflo, afflat, afflet. Excipitur in nomine *assopro*, afflatus, ubi pen. est media. Exempla finitorum in *oque*, sunt *toquembôque, batôque*, ludus globulorum ligneorum, obturamentum. Non inveniuntur vocabula Lusitana finita in *oquo, oqua*; nam quæ ita sonant, scribuntur terminata in *oco, oca*.

5 Regula. Finita in *oro, ora, ore*, habent pen. lon. Finita in *orro, orra*: in *oso, osa*, seu *ozo, oza*: in *oto, ota*: in *ovo, ova*, & *oxo, oxa*, habent pen. mediam.

Exempla finitorum in *oro, ora, ore* sunt, *penhôro, penhôra, penhôre*, pignero, pignerat, pigneret. Excipitur *bacoro, bacora, ancora*: *Barbora, Evora, Tavira*,

vora, *remora*, *polvera*, *arvore*, *abobora*, *foro*, *soro*, *coro*, *goro*, *ovo*; *choro*, id est planctus. Porcellus, porcella, anchora, Barbara, Ebora, Távora, Remora, pulvis sulphureus, arbor, cucurbita, forum, serum, urinum, ovum, quæ habent penul. brevem.

Exempla finitorum in *orro*, *orra*, sunt *socorro*, *socorra*, succurro, succurrat: *morro*, *morra*, morior, moriatur: *cachorro*, *cachorra*, catulus, catula.

Exempla finitorum in *oso*, *osa*, seu *ozo*, *oza*, sunt *espòso*, *espòsa*: *rapozo*, *rapoza*, sponsus, sponsa, vulpes: item *primoroso*, *manhoso*, *industrioso*, ingenuus, callidus, industrius, quorum tamen, & similium fœminina terminatio habet pen. longam. *Primorôsa*, *manhôsa*, *industriôsa*. In *ose*, pen. lon. *descôse*, *despôse*, diffue, disponsa.

Exempla finitorum in *ote*, *ata*, sunt *goto*, *gota*, *boto*, *minhoto*, guttur, gutta, hebes, milvus. Excipiuntur pen. lon. *bôta*, *gayvôta*, *embôto*, *embôta*, *devôto*, *devôta*, *frôta*, *sôta*, *côta*, *marlôta*. Ocrea, larus, hebeto, habetat, devotus, devota, classis oneraria, charta quædam lusoria, lorica, tunica Maurica. In *ote* lon. *garrôte*, *galeôte*, *matalôte*, *capôte*. Strangulatio, remex, triremis, sodalis nauticus, penula muliomia.

Exempla finitorum in *ovo*, *ova*, sunt nomina *renovo*, *recovo*, *ovo*, *escova*, *carcova*, vitulamen, supinatio, ovum, scopæ, gibba. Excipiuntur pen. lon. verba *renôvo*, *desôvo*, *renôva*, *desôva*: renovo, ova pario, renovat, ova parit, & nomina *nôva*, *côva*, *sôva*, nuntium, fovea, maceratio. Finita in *ove*, habent lon. ut *renôve*, *aprôve*, renovet, approbet.

Exempla finitorum in *oxo*, *oxa*, sunt *roxo*, *roxa*, *pintaroxo*, *barbaroxa*, rutilus, rutila, erythacus, ænobarba.

Observa circa propositas regulas de habentibus penultimas syllabas per vocalem *o*, dari nomina apud Lusitanos, quorum penultima semper est longa in plurali, & non in singulari, vt *povo*, *pôvos*: *porco*, *pôrcos*: *ovo*, *ôvos*: *novo*, *nôvos*: *rogo*, *rôgos*: *fogo*, *fôgos*: *jogo*, *jôgos*: *olho*, *ôlhos*: *corvo*, *côrvos*: *forno*, *fôrnos*, *torno*, *tornôs*:

corno côrnos : morno mornôs : tojo, tojôs, Quamvis regulariter non ita se habeant similia, ut cernitur in his, *tomo, tomos : sono, sonos : pomo, pomos : trono, tronos : lodo, lodos : lobo, lobos : bolo, bolos : mono, monos : momo, momos* : ubi adverte priora spectare ad anomala, de quibus *num.* 40. Pro explicatione Latina quæ hic aptè apponi non potuit, vide Thesaurum linguæ Lusitanæ, quem à me compositum Prosodiæ annexui.

---

330 REGULÆ PENULTIMArum quæ fiunt per vocalem u.

Penultimæ in u

1 Regula. Vocabula Lusitanorum terminata in *ubo, uba* : *ubro, ubra* : *ucho, ucha* : *uco, uca* : & *uço, uça* habent pen. longam. Exempla desinentium in *ubo, uba* sunt *encûbo, encûba* : *adûbo, adûba*, in dolium mitto, mittit : condio, condit. Excipiuntur *succubo, incubo*, & si quæ alia accepimus à Latinis habentia pen. bre. Exempla finitorum in *ubro, ubra* sunt *encûbro, encûbra : descubro descûbra*. Contego, contegat : detego, detegat. Exempla desinentium in *ucho, ucha* sunt *embucho embûcha* ingurgito, ingurgitat. Exempla finitorum in *uco, uca* sunt *eunûco, abejarûco, ou melharûco, cadûco, cadûca* eunuchus, merops, caducus, caduca. Exempla finitorum in *uço, uça*, sunt *rebûço, embûço, embûça*. Menti operimentum obvelo, obvelat.

2 Regula. Finita in *udo, uda, ude, ufo, ufa, ufe, ugo, uga, ugue*; & *ujo, uja* habent pen. longam. Exempla finitorum in *udo, uda, ude*, sunt *sanhûdo, sanhûda; felpûdo, felpûda*; *meûdo, meûda : almûde* : stomachosus, stomachosa : villosus, villosa, minutus, minuta: congius. Exempla desinentium in *ufo, ufa, ufe*, sunt *pantûfo, adufa, estûfa, adûfe* : soccus, cancellus fenestræ, hypocaustum, tympanum manuale. Exempla finitorum in *ugo, uga*, sunt *enrûgo, enruga : seramûgo, suanguesûga*; corrugo, corrugat : pisciculus, hirudo. Exempla finitorum in *ujo, uja*, sunt *caramûjo. coruja*, conchylium, noctua.

3 Regula. Desinentia in *ulho*, *ulha*, *ulhe*: *ulo*, *ula*, *ule*: *umo*, *uma*, *ume*, *unho*, *unha*, *unhe* habent pen. longam. Exempla desinentium in *ulho*, *ulha*, *ulhe*, sunt *bagûlho*, *burbûlha*: *enthûlho*, *entûlha*, *entûlhe*: acinus, papula: farcio, farcit, farciat. Exempla finitorum in *ulo*, *ula*, *ule*, sunt *engûlo*, *engûla*: *bulebûle*, deglutio, deglutiat: ardelio. Excipitur *vocabulo*, & si quæ alia accepimus à Latinis pen. brevi, ut *thuribulo*, *vestibulo*, *angulo*, *regulo*, *ambula*, *tremula*, & similia. Exempla finitorum in *umo*, *uma*, *ume*, sunt *consûmo*, *consûma*, *ciûme*, *cardûme*, consumo, consumat, Zelotypia, examen piscium. Exempla desinentium in *unho*, *unha*, *unhe*, sunt *caramûnha*, *empûnho*, *empûnha*, *empûnhe*: Querimonia, ensem capulo teneo, tenet, teneat.

4 Regula. Finita in *uno*, *una*, *une*: in *upo*, *upa*, *upe*, *uque*, & *uro*, *ura*, *ure*, habent pen. longam. Exempla finitorum in *uno*, *una*, *une*, sunt *desûno*, *desûna*, *desûne*, disjungo, disjungat, disjungit. Exempla desinentium in *upo*, *upa*, *upe*, sunt *apûpo*, *apûpa*, *apûpe*, inclamo, inclamat, inclamet. In *uque* desinunt *estûque*, *trûque*, *dûque*, opus marmoratum, trudium & globorum ludus, dux. Exempla finitorum in *uro*, *ura*, *ure*, sunt *pendûro*, *pendûra*, *pendûre*, appendo, appendit, appendat, *ventûra*, *fermosûra*, fortuna, pulchritudo.

5 Regula. Finita in *uso*, *usa*, *use*, alia scriptura *uzo*, *uza*, *uze*: item in *uto*, *uta*, *ute*, & in *uxo*, *uxa*, *uxe*,: in *uvo*, *uva*, habent pen. longam. Exempla finitorum in *uso*, *usa*, *use*, sunt nomen *perafûso*, cochlea, & verbum *perafûso*, *perafûsa*, *perafûse*: mente volvo, volvit, volvat. Exempla finitorum in *uto*, *uta*, *ute*, sunt *labûto*, *labûta*: *labûte*, *condûto*, *condûta*, litigo, litigat, litiget, obsonium synceraſtum. Excipe *computo* pen. bre. & si quæ alia ex latinis. Exempla desinentium in *uxo*, *uxa*, *uxe*, sunt *empûxo*, *empûxa*, *empûxe*: extrudo, extrudit, extrudat. Item *Cartûxo*, Monachus Carthusianus. Exempla finitorum in *uvo*, *uva*, sunt *viûvo*, *viûva*, viduus, vidua. Sunt etiam longa finita in *utre*, ut *abûtre*, vultur.

131 ## SVBSELLIVM III.

Expositio penultimarum quæ sunt ante vocales.

REGVLA I.

De a, *ante alias vocales.*

Vocalis ante vocalem.

PEnultima in *a*, ante *e*,& *i*, sonat brevis, vel saltem media, ut *sae*, *cae*: *sair*, *cair*: verùm ante *o*, sonat longa, ut *bacalhâo*, *varapâo*, *berimbâo*, *babâo*: aselli quinta species, fustis, pecten, collisio globorum. Excipiuntur pen. brevi *Danao*, & tertiæ personæ verborum indicativi, quando illis additur particula *o*, v.g. *comao*, *bebao*: edat illud, bibat illud. Ante *u*, in voce *bâul*, arca camerata, sonat longa, in voce *paul*, uligo, sonat brevis: pro reliquis auris consulenda est. Sonant longæ quæ sunt ante *y*, ut *ensâyo*, *alfâya*, prolusio, supellex.

REGVLA II.

De e *ante alias vocales.*

PEnultima in *e*, ante *a*, sonat media in his vocibus *alcatea*, *balea*, *ferropea*, luporum caterva, balena, compes bestiarum. Sonat tamen longa in his *Amalthêa*, *Garrhotêa*, *symblêa*, *idêa*, *Galathea* caprea nutrix Iovis, ordo militaris apud Anglos, conciliabulum. Quod procedit etiam si admittant *y*, ante *a* ut Garroteya, symbleya. Sonat brevis in *gavea*, carchesium, in *Boreas*, & in tertiis personis imperativi quando additur particula *a*, *matea*. Ante *o*, sonat longa, ut *chapêo*, *coruchêo*, galerus, epistilium. Excipitur *pateo*, atrium; & in dictis personis,

personis quando additur *o*, v. g. *mateo*, occidat illum. Similiter in nominibus *femea*, *femeas*, fœmina, panis secundarius, & sic in *escorca*, *chicorea*, & aliis, quæ habemus ex Latinis. Non ita ante *u*, ut *corifeu*, *sandeu*, primas, insanus. Sed tunc *e*, & *u*, coalescunt in diphthongum, & tunc utraque litera sonat.

REGVLA III.

De i, *ante alias vocales.*

Assim como o ingràto sò pela ingratidàm perde o beneficio possàdo, assim o agardecido sò pelo agardecimento requere e alcança o futuro.

Sicut ingratus solo vitio ingrati animi perdit collatum sibi beneficium, ita qui gratus est, sola grati animi significatione exigit, & obtinet aliud beneficium in posterum.

FORTVNA ET INfortunium:

VBI

Fortuna. Infortunium.

DE PROSPERITATE & adversitate.

Prosperitas. Adversitas.

MVytas cousas começamos com prudencia muy madùra: porem faltalhe a ventùra.

Plerumque rebus, quas maturo consilio auspicamur, deest felicitas.

Serà quem nam sabe fugir do mal por elle passàdo, mays nescio que desgraçàdo.

Qui vitare nescit malum, quod semel perpessus est, plus habet inscitiæ, quam infelicitatis.

A dita leva com sigo o varàm de animo forte, o covarde a mà sorte.

Audaces

Audaces fortuna juvat, timidosque repellit.

Poys persegue a fortùna aos que sente medrôsos: sejam todos animôsos.

Audeant omnes: siquidem fortuna meticulosos insequitur.

Fortùna que soe ser dos màys ouzàdos medrôsa. contra os medrôsos ouza.

Solet fortuna metuere audaces: & contra meticulosos audere.

Consolate quando fores por desgraças mal tratàdo, com outro mays desgraçàdo.

Si te jactaverit infelicitas, solatium pete ab infeliciore.

Quem temerario pertende a lugar altro sobir, forçàdo serà cair.

Qui temerè alta conscendit, lapsu præcipiti cretò ruet.

Aonde falta saber, parece contra natùra, que nam falte a ventùra.

Naturali rerum ordini videtur repugnare quòd cum inscitia detur prosperitas.

O nome que tem fortuna en o mundo tam usàdo, de forte foy derivàdo.

Nomen fortunæ in orbe celebratissimum, à forti derivatum est.

Nam consintas irse o bem: porque he cousa natural, detràs do bem, vir o mal.

Ne permittas abire bonum: frequens enim est, quòd malum & bonum vices alternent.

Nam sinto mayor desdita, que por via de maldàde, ditosa felicidade.

Nulla (ut arbitror) infelicior felicitas, quàm quæ ex iniquitate accidit.

Nenhum bem contes por teu, de quantos ventùra tẽ ner, senam sô o benfazer.

Nullum ex bonis, quæ tibi fortuna obtulit, tuum reputes, nisi solum benefacere.

A firme ley da fortùna que segue por natureza, he nunca guardar firmeza.

Lex fortunæ ingenita ac stabilis, nullam servare stabilitatem.

Mays

Mays firme foy de contino, e muyto mays rempo dura a desdita que a ventùra.

Firmior ac stabilior semper fuit sinistra, quàm dextra fortuna.

Nunca a fortuna olha, segundo a mim me parece, quem mays ou menos merece.

Nunquam fortuna (ut arbitror) ad merita, vel demerita attendit.

Aos golpes da fortùna menos sam os altos muros, que os mays bayxos, seguros.

Potiùs alta quàm depressa suis ictibus petit fortuna.

Os bons olhos da prudencia, o valor e braço forte produzem a boa sorte.

Prudentia videns perspicaciter, & dextera operans fortiter dexteram fortunam producunt.

Alguma vez da fortuna poderàs aproveytarte: porem contino da arte.

Aliquando tibi fortuna, perpetuè tamen ars proderit.

Se tu puzères a arte com diligencia madùra, darà favor a fortùna.

Maturo consilio tibi diligenter operanti fortuna adspirabit.

Procùra de ser ditoso: que se fores desgraçàdo, nam teràm de ti cuydàdo.

Cura de obtinenda felicitate: quia de infelicibus nulla cura habetur.

Se foltùna te faltar, nam cuydes que te persegue: poys sua ley direyta segue.

Si te deserat fortuna, ne putes tibi esse iniquam, sed sua legis observantem.

A fortuna soe ser como a mosca ao doente, contra os fracos valente.

Fortuna instar musca ægrotum aggredientis contra imbelles fortis esse solet.

Muy depressa vem a morte buscar ao prosperàdo: muy tarde ao desgraçado.

Mors felicem aggreditur citato gradu: infelicem lento.

Tornaremse os altos bayxos, por vigor da dura sorte, he dor igual ao da morte.

Lethalis prope dolor est, quòd sortis duræ vi, generosi magnates in viles & abjectos vertantur.

Porque aos bons encontra a ma fortùna? Nenhum mal pode vir ao bom varàm: as adversidades tem por exercicio da virtùde, a qual sem adversario enfraquece.

Quare probos iniqua fortuna persequitur? Viro bono nihil mali accidere potest: omnia adversa exercitationes putat: virtus sine adversario languescit.

A dura na felicidàde dos palacianos pera com o Princepe, quanto os faz mays seguros da privança, tanto menos sofredores da injuria.

Aulicorum animos longa apud Principem felicitas quantum securos gratia, tantum intolerantes injuriæ facit.

A pojança & poder no passo he de pouca dura.

Felit tas vel potentia in aula rarò consenescit.

A multidàm dos sequazes concorre aos poderosos, como a lago que esgotam, e perturbam.

Affectantium turba ad potentes concurrit, sicut ad lacum solet, quem exhauriunt & turbant.

A natureza facilmente torna ao seu estado, se a prosperidàde que a fazia inchar, desincha.

Natura facile redit ad statum, staturamque suam, si quæ illam inflabat, prosperitas detumescat.

O sentimento da adversidàde a quem foy muyto feliz, he durissimo.

Adversarum rerum sensus felicissimo cuique acerrimus est.

Com a prosperidàde cresce muyto a ouzadia.

Felicitate gliscit temeritas.

Os que com prosperidàde sam valìdos dos Princepes, devem com igual certeza esperar o fim da valia, e o da vida.

Qui gratia apud Principes valent, tam certò expectare debent finem gratiæ, quam vitæ.

O prospero estàdo de huma republica, com nenhuma cousa mays se perde, que com a frequente mudança das leys.

Prosper alicuius reipublicæ status nulla alia magis re labefactatur, quam crebra legum mutatione.

He cousa muyto difficultòsa permanecer em lugar escorregadio, quando muytos empuxam.

Difficile admodum est in lubrico diu stare, quando plures impellunt.

Mays facil he prever, doque evitar os males que a cada hum estam por vir.

Quæ mala unumquemque manent, præsentire quàm vitare facilius est.

As desgraças nam andam sòs.

Solitaria non incedunt infortunia.

A fortuna sò em sua variedàde constante muytas vezes costuma zombar, rindose ao principio pera aquelles, dos quays no cabo se fica rindo.

Fortuna constans in sola varietate, sæpe solet ludere; initio arridens illis, quos ad finem deridet.

Na republica ha nobres por geraçàm, nobres por cargos, e nobres por letras: àos nobres por geraçàm fez Deos, aos nobres por cargos fizeram os homens, aos nobres por letras fizeram se a si mesmos.

Sunt in republica nobiles nativitate, nobiles dignitatibus, nobiles literis: nativitate nobiles fecit Deus, dignitatibus nobiles fecerunt homines, literis nobiles fecerunt se ipsos.

LOQVELA ET SIlentium.

V B I

DE SECRETO, ET detractione.

Loquela Silentium.

POucas vezes por callar te veràs arrependìdo: muytas por fallar, corrìdo.

Raro te pigebit taciturnitatis: sæpe loquacitatis.

O homem

O homem muy fallador, se for douto, e avisàdo, nam serà por tal julgàdo. Secretum.

Vir loquax, etiam si doctus & disertus sit, nunquam talis reputabitur.

Nem todos no fallar grosseyros costumam ser imprudentes: nem sabios, os eloquentes.

Non omnes impoliti sermonis imprudentes esse solent: nec sapientes, omnes qui polito vigent eloquio.

Em todos parece mal usar de palavras vans, e peyor em barbas cans.

Vanum eloquium omnes dedecet, sed praecipuè seniores.

Nam trates de te fingir: que diante dos prudentes teus segredos sam patentes.

Ne te alium simules: quia tua coram prudentibus secreta patent.

Quem ao juizo nam der lugar de bem perceber, nam pode bem responder.

Qui iudicio percipiendi spatium non concesserit, maturum responsum dare non potest.

Nam falles com ironia a orelhas muy grosseyras, que o tomaràm de veras.

Ironicè ne loquaris crassis auribus: quia seriò excipient.

Cuyda bem quando fallares: que por fallar elegancias, nam as chamem ignorancias.

Diu perpende quæ dicturus es; ne dum putas dictum eleganter: alij vocent dictum ignoranter.

Os defeytos dos Principes nam estam em segredo.

Nulla larva totum Principem tegit: & soles isti cum deficiunt, tunc maximè spectatores habent.

Procùra que sempre tenhas o ouvido transcendente, mas a lingua negligente.

Enitere ut semper velox sis ad audiendum: sed ad loquendum tardus.

Nam cuydes que folgam todos, o que dizes, perceber: como tu de o dizer.

Ne credas oblectari omnes quando te loquentem audiunt, sicut tu quando loqueris.

Se o muy duvidoſo dizes diante dos muy prudentes,
callando dizem que mentes.

Si res valde dubias refers coram prudentibus, ipſi tacendo te arguunt mendacij.

Nam digas a outro mal, de que ſe poſſa ſentir, ſe nam queres mal ouvir.

Ne dicas alteri malum, de quo poſſit capere dolorem, ſi tua mala ab illo nolis audire.

No muyto fallar ha muyto errar: o que mays deves fugir he a multidam: ſe com ella muyto converſares, ſeràs avido por peſſimo.

In multiloquio non deeſt ſtultitia. Cura potiſſimum vitare turbam: argumentum peſſimi turba eſt.

Detractio. Como quer que tu viveres, em quanto a vida te dùre, averà quem de ti murmùre.

Quomodocunque vixeris, quandiu vita ſteterit, detractor aderit.

Se tu dizes mal de outro, e de ti hum detractŏr: qual dos dous he o peyor?

Si tu detrahis alteri, & alter tibi: quis e duobus peior eſt?

Todos os conſelhos, particularmente da guerra, em tanto eſtam ſeguros, em quanto encubertos.

Conſilia omnia, & pracipuè belli, tandiu tuta, quandiu tecta.

Os conſelhos do inimigo mays fechàdos, sò os abre o intereſſe.

Hoſtium conſilia, niſi aurea clave, non reſerantur.

Muyto defendem ſegredo, e trevas: & com eſtas ate os nùs ſam cubertos.

Secretum & caligo valde protegunt: & quidam tenebris etiam nudi teguntur.

A pratica artificioſa e vam move aos ignorantes, e enfàda aos diſcretos.

Loquela concinna & vana movet indoctos, & moleſtat diſertos.

LÆTITIA,

LÆTITIA, TRISTITIA, & timor. 151

V B I

DE VOLVPTATE, DOLORE, & audacia.

SE recebes as triſtezas que te viràm cada dia,nunca teràs alegria. Lætitia.

Omni in perpetuum carebis lætitia, ſi quotidianas mœroris cauſas aucuparis. Triſtitia.

Facil he de aconſelhar aos que vivem ſem prazer: mas difficil de fazer. Timor.

Facile eſt dare conſilium mœrentibus: ſed his difficile non mœrere.

Os males que ſam forçàdos, nam ſe tiram com temores: antes ſe fazem mayores,

Mala neceſſaria timore non minuuntur: imò augentur.

Temer o homem os males que ſe nam podem vitar, he duas vezes penar.

Timere malum ineluctabile, eſt duplicato malo torqueri.

Viver ſempre com temor dos males que eſtam por vir, he ſempre a morte ſentir.

Vivere ſemper timore malorum impendentium eſt perpetuus mortu ſenſus.

A dor grande dura pouco: porque ſe muyto durar, nam dura quem a paſſar. Dolor.

Vehemens dolor parum durat: quia durare cum diuturno nemo poteſt.

A mayor calamidàde da humana naturèza he continua triſtèza. Triſtitia.

Perpetuus mœror ſumma humanæ naturæ calamitas eſt.

Tristitia. A penas ha mal que seja pera nossa naturèza, mays penoso que tristèza.

Vix dabitur malum humanæ naturæ acerbius, quam tristitia.

Animate que procede dùm inverno trabalhoso hum veràm muy deleytoso.

Animos cape: nam a sæva hyeme ver oritur delectabile.

Em os estàdos mayores, e mays crescida riqueza, se acha tambem tristèza.

Mæror in summis honoribus, ac divitiis etiam locum habet.

Nam deves entriste certe do que a teu desejo nam vem: poys nem sempre te convem.

Ne tristeris, cum tuis optatis deest eventus: non enim quidquid desideras, tibi expedit.

Tristezas, calmas e ceas tem as sepultùras cheas.

Mærores, calores, & cœnæ tumulos passim complent.

Audacia. Timor. Ao mays vil e bayxo cresce a ousadia, se entende que o temem.

Vilissimo cuique crescit audacia, si se timeri sentiat.

O temor he a guarda das leys.

Metus est lictor legum.

Ao medroso nem as mays fortes muralhas assegùram.

Timori nulla munimenta sunt satis.

O medo do coraçàm, apparece nos olhos.

Facilè trepidant oculi, non stantibus animis.

Os perigos frequentes lançam fora o medo.

Crebra inter pericula metus periclitandi exuitur.

Algumas vezes he melhor ignorar o perigo, que se nam venceria sabendose.

Iuvit interdum ignorare pericula, quæ non superaret, si quis nosset.

Facilmente caem em poder alheyo os que por medo saem do seu.

Facilè veniunt in potestatem alienam, qui præ timore exière de sua.

Todo o que teme se confessa menor.

Minorem

Minorem se fatetur quisque timet.

Mays deves temer a hum que offendeste, que esperar de muytos, aos quays serviste.

Plus timendum ab vno, quem læseris, quam sperandum a multis, quorum commodo inseruieris.

Ao medroso tudo quanto ve, sam carrancas.

Metu anxiis omnia in portenta vertuntur.

Nenhuma cousa mays se teme, que aquillo que primeyro se começou a temer.

Nihil æquè ex omnibus timetur atquè illud quod primum omnium timeri captum est.

APPENDIX 152

AD ACROAMATA:

V B I

SENTENTIÆ LVSITANÆ exponuntur ludo æquivoco Latinarum dictionum.

D E V S

Deus.

EM vam trabalha o que cultiva a terra, e nam reverencea a Deos.

Frustra laborat qui terram colit, & Deum non colit.

Em vam dispùta sutilmente dè cousas especulativas aquelle, aquem Deos argùe de ciencia inchàda.

Frustra de speculativis subtiliter arguit, quem Deus de scientia inflante arguit.

Olha sempre a Deos presente, pera que no juizo final te aparte dos condenàdos.

Semper Deum præsentem cernas, ut te in extremo judicio à reprobis cernat.

Peraque a obra seja boa, he necessario particìpe do summo bem.

Vt opus sit bonum, opus est ut a summo bono participet.

Ninguem pode appellar do juiza que chamamos supremo.

A judice, quem summum appellamus, nemo appellare potest.

Sabe a nescio quem nam tem sabor d'aquelle sal, que sabe tudo, com o qual verdadeyramente sayba.

Stultum sapit, qui sal non sapit, quod omnia sapit, quo verè sapiat.

Charitas.

Charitas.

Mays illustre he a vniam que nasce da caridade, que a

Vnio. perola, cujo preço nasce da caristia.

Illustrior est vnio quæ nascitur ex charitate, quam vnio, cuius pretium oritur ex caritate.

Como o sequioso lança mam da aza do vaso, assim a caridade da occasiam de bem fazer.

Vt ansam poculi sitiens ita ansam benefaciendi charitas arripit.

A ninguem offendas quando podes: e acharàs a joya da paz.

Neminem offendas, cum possis: & gemmam pacis offendes.

O hospede rico receba o hospede pobre, como a Christo.

Hospes dives hospitem pauperem Christum excipiat.

Mays val dar o dom, que recebelo.

Munus præstare, quam accipere præstat.

Quem a seu proximo provoca com affrontas, anulla a ley da caridade.

Qui proximum opprobriis irritat, legem charitatis irritat.

Assim

Assim como as lanças de arremesso penetram os corpos, assim as dadivas dos Reys penetram os coraçoés.

Vt missilia jaculatorum corpora, ita missilia Regum corda penetrant.

Cumpre perdoar aos adversarios, e riscar a memoria das tavoas de lembrança.

Expedit injuriam condonare adversariis, & eorum memoriam ex adversariis delere.

Nam caya a se por o sol do dia sobre a ira: porque o sol de justiça nam mâte o irado.

Non occidat sol diei super iram: ne sol justitia occidat iratum.

O que esperta a ira saya da memoria; peraque nam corte a amizàdo.

Quod iram excitat, è memoria excidat: ne amicitiam excidat.

Iustitia & iniustitia. 153

Pera acquirir riquezas justamente, todos tem licença. Iustitia. Iojustitia.

Ad facultates justè comparandas, omnibus concessa est facultas.

Colherà espinhas de maldiçám, quem injustamente reprehende os innocentes.

Spinas maledictionu carpet, qui innocuos iniquè carpit.

Se ao Anjo que primeyro caio, tam sevèramente castigou a justica divina, quem nam temerà.

Si Angelum qui primò cecidit, tam severè cecidit justitia divina, quis non timebit.

Iusto he que o legislador castigue ao que por sua culpa nòn advirte na ley.

In eum qui legem sua culpa non animadvertit, aequum est ut legislator animadvertat.

Quem gosta da doçùra da penitencia, faz sacrificio por seus pecàdos.

Qui poenitentia dulcedinem libat, sacrificium pro peccatis libat.

Por pecados cometidos se hà de offerecer sacrificio, pera alcançar perdám.

Pro piaculis commissis piaculum propitiatorium offerendum est.

Em qualquer regiàm do mundo as chagas do Crucificàdo desfazem as redes do demonio.

In quavis plaga mundi, plaga Crucifixi plagas Diaboli dissolvunt.

Como cantarã louvores a Deos, quem pecando faz concerto de amizade com o Inferno?

Quomodo panget laudes Deo, qui peccando pangit fadus cum Erebo?

Quem nam faz caso do mal da culpa, he justo que pague a divida da pena.

Qui nihili pendit malum culpa, aquum est ut pendat debitum pœna.

Como o caldo dà gosto ao paladar, assim o direyto agràda ao justo.

Sicut jus palato, sic jus justo arridet.

Quem tras o final da celestial milicia, abstenhase do jogo dos soldados.

Qui calestis militia tesseram gerit a ludo tesserarum sese cohibeat.

Doudice he ter hum mays cuydàdo de alugar as casas a outros, que da sepultùra emque ha de ser enterràdo.

Insania est magis curare domos locandas aliis, quàm sepulchrum, in quo locandus est ipse.

Pouco emporta ser conduzido à vinha com os primeyros, e ào fim ser despedido com os derradeyros

Parùm conducit inter primos ad vineam conduci, & cum novissimis in fine excludi.

CONSTANTIA ET inconstantia.

153 ## V B I
DE MISERIA, MORBO, & morte.

NAm ames as cousas momentaneas: porque nam pereças pera sempre.

Momentanea

Momentanea ne depereas, ne in aeternum depereas.

Oinficionàdo com a peste da enveja, deyxa toda a obra de caridàde nam acabàda. Constantia.

Invidia tabe infectus omne opus charitatis infectum relinquit. Inconstantia.

Pouco val estar valente, e ignorar a morte que està chegàda.

Parum valet benè valere, & mortē instantem ignorare.

Pera que morras bem, he necessario cumprir com as obrigaçoes da vida.

Vt benè obeas, munus vitæ benè obire necesse est.

Que aproveyta a bolsa ao avarento estando deytàdo no leyto?

Quid prodest loculus avaro in loculo jacenti?

Como a pedrinha do caminho lastìma o pè, assim o escrupulo da consciencia o animo.

Vt scrupulus viæ pedem, sic scrupulus conscientiæ animum vexat.

Como a cal do alvaner debayxo do pè, assim a gloria do mundo com o pezo da humildàde se abayxa.

Vt calx cæmentarij sub calce pedis, sic gloria mundi pondere humilitatis deprimitur.

O constante sabio nam estima mays a galheta de ouro, que a ampolla de agua.

Verus & constans sapiens non pluris facit bullam auri, quam bullam aquæ.

Nam querer fazer bem, e dilatàlo, pouco differem.

Benefacere nolle, & differre, parum differunt.

Do homem de bem importa pouco o que falla o povo.

De viro probo parum refert quod vulgus refert.

Como as folhas do alemo com qualquer vento se movem, assim as linguas do povo com qualquer rumòr.

Vt populi folia omni vento, sic populi linguæ quovis rumore moventur.

Alista os que te favorecem nas adversidàdes, peraque te nam julgues por desemparàdo.

In adversis auxiliantes censeas, ne te derelictum censeas

Diligentia

135 *Diligentia & otium.*

Deſeja trabalhar: porque vem a noyte quando nin-
Diligentia. Otium. guem pode trabalhar.

Appete operari: appetit enim nox, quando nemo operari poteſt.

Como o froxo zangam com o enxame das abelhas, aſſim o engàno do pecàdo com o exame da conſciencia ſe conhece.

Vt fucus ignavus in examine apum, ſic fucus peccati examine conſcientiæ dignoſcitur.

Que aproveyta ler livros a àquelles que nunca tiram fruyto delles?

Quid prodeſt libros legere illis, qui nunquam ex illis fructum legunt?

Quando cortas o ràmo inutil da arvore, nam cuydes que es differente.

Dum ramum infructuoſum ab arbore putas, ne te diſſimilem eſſe putes.

Como as vigas ſe fendem com cunhas de madeyra aſſim as legioẽs de demonios com eſquadroẽs de Anjos ſe desbaràtam.

Vt cuneis ligneis trabes finduntur, ſic cuneis Angelorum legiones dæmonum diſſipantur.

Como os coelhos pera ſua defenſa, aſſim os ſoldàdos pera deſtruir ſeus inimigos, fazem minas.

Vt cuniculi ad ſuam tutelam, ſic milites pro evertendis hoſtibus, cuniculos agunt.

Mala vitioſa & nociva.

O Princepe que vive ſem regra; he baſiliſco que
Vitioſa. eſpalha veneno.

Regulus ſine regula regnans eſt regulus venena diffundens.

Em quanto comes a macaã junto ao maſto da nao, cuyda em o mal cometido debayxo da maceyra vedàda.

Dum malum comedis juxta malum navis, de malo commiſſo ſub malo vetito cogita.

Muyto

Muyto convem ao bem do povo o governador amigo do bem comum.

Oppidò conducit omni oppido gubernator boni communis amans.

O que se compàra com os melhores, acquire pera si infamia.

Qui se melioribus comparat, sibi infamiam comparat.

Menor afronta he carecer de netos, que velos estragàdos com destemperança.

Minus est dedecus nepotibus carere, quam eosdem intemperantes nepotes videre.

Menor pena he estar em jejum, que comer sẽ medida.

Minor est pœna jejunum esse, quàm supra modum cibum esse.

O'que sae a luz com livro pernicioso, aparelha pera si comida que ha de comer no Inferno.

Qui librum perniciosum edendum promovet sibi cibum in Inferno edendum præparat.

He de nescio gastar o thesouro antes que considère o ganho.

Imprudentis est thesaurum expendere, antequam lucrum expendat.

A prospera fortuna do soberbo nam basta o segundo lugar.

Secundæ superbi for'unæ secundus locus non sufficit.

Virà, passandose os quinquenios, o castigo ao malvàdo, que folga de andar em mancebias.

Veniet, lustris labentibus, pœna scelerato, qui lustris gaudet. Consolatoria.

Consolatoria.

O alaùde soando na abobada da igreja, moue a alegria ate às tartarugas.

Testùdo resonans in testudine templi, vel ipsas testudines ad alacritatem excitat.

Todos os pays desejam que seus filhos sejam livres de cativeyro.

Omnis pater suos liberos a servitute liberos esse cupit.

Como as cordas da viòla recream o animo, assim a fè consòla ao justo.

Vt fides lyræ animum recreant, sic fides justi illum consolatur.

ORTHO

157 # ORTHOGRAPHIA LVSITANA LATINE

breviter expoſita tracta-tu duplici.

TRACTATVS PRIOR

DE REGVLIS QVÆ ſunt communes Linguæ Luſitanæ, Latinæ & aliis.

REGVLA I.

Pro ſcribendo charactere magno.

Orthographia regulæ.

SCRIBITVR charactere magno initio omne nomen proprium, & omne cognomen viri & mulieris. v. g. *Lourenço, Lobo, Maria da Sylva,* quamvis hujuſmodi cognomina deſumantur ex nominibus appellativis, qualia ſunt *lupus, & ſylva.*

Eadem ratione characterem magnum initio habet omne nomem proprium, ſive ſit regni & provinciæ, ut *Portugal, Andaluzia*, ſive ſit civitatis & oppidi, ut *Liſboa, Madrid:* ſive montis, vt *Olympo*, ſive fluminis, ut *Tejo*, ſive fontis ut *Arethuſa*, ſive menſis ut *Ianeyro*, ſive Dei & Deæ gentilitatis, ut *Iupiter*, *Venus*, &c. & generaliter, ut charactere magno ſcribatur, vocatur nomen proprium omne illud quod uni tantum perſonæ, aut rei competere poteſt.

Notetur regulam procedere non ſolum de nominibus propriis ſubſtantivis, ſed etiam adjectivis, & quibuſcunque

buscunque ab illis derivatis, & originem trahentibus qualia sunt v. g. *Romanus* à Roma, *Lusitanus* à Lusitania, *Olympicus* ab Olympo.

Solet etiam rectè charectere magno scribi nomen appellativum alicuius magnæ dignitatis, v. g. *Pontificis, Regis*, & nomina scientiarum, vel artium, ut *Theologia*, *Filosofia*, *Rhetorica*.

Præterea capitali litera scribendum est initium cujuscunque scripturæ, imò cujuslibet periodi, vel clausulæ, quæ sequatur, postquam alia clausula, vel periodus antecedens claudatur puncto finali, vel interrogativo quod sic scribitur? vel admirativo, sic!

Item scribitur capitali litera quod ponitur post figuram quæ appellatur *Coma*, quando nempe transitur ab una sententia ad aliam, v. g. Iob. 10. *Dicam Deo: Noli me condemnare.* Vel quando transitur ab una persona ad aliam, ut in Euangel., *Dixit autem quidam: Ecce mater tua*.

Quod magis patebit ex *reg.* 9. & 10.

REGVLA II.

Ne duplicetur litera initio, aut fine dictionis.

NEc in lingua Latina, nec in Lusitana possumus duplicare literam consonantem sive initio, sive fine vocabuli. Petitur ratio ex eo quod omnis consonans ferire debet aliquam vocalem, vel saltem ad illam modo aliquo pertinere: quando autem duæ consonantes sunt ejusdem rationis, v. g. *LL*. SS. RR. ponantur in principio dictionis in his *LLamentatio, SSalus, RRex* prima nec habet literam vocalem quam feriat, nec ad quam immediate pertineat; si autem ponantur in fine dictionis, v. g. *quall* jam ultima consonans nec habet vocalem quam feriat, nec ad quam spectet, vel jungatur. Duplictio literarum.

Si loquamur de inceptione & definitione dictionis in vocalem duplicem, dico non habere locum in lingua Lusitana juxta regulam 6. quam assignabimus tra-

ctatu

ctatu posteriori. Ex qua regula facile intelligitur quid de Latina lingua dicendum est.

158
REGULA III.

Quando scribenda sit litera m, *vel* n.

GEneralis lex quæ complectitur Latinum, & Lusitanum sermonem est ante *b*, *p*, *m*, semper scribendum esse *m*: & ante reliquas literas semper scribendum *n*, pro intelligenda priori parte regulæ exempla Latina esse possunt *Ambulare*, *importunus*, *immitis*. Exempla Lusitana sint *Embravecer*, *immoval*, *impàr*.

Pro intelligenda posteriori parte regulæ, quod attinet ad scriptionem literæ *n*, exempla partim Latina, partim Lusitana sint *tronco*, *pondo*, *confio*, *angustia*, *enleado*, *anno*, *enregelado*, *insinuado*, *entesado*: in quibus cernimus *n*, scriptum ante *c*, *d*, *f*, *g*, *l*, *n*, *r*, *s*, *t*,

Excipiuntur ab hac regula composita hujus adverbij *Bem*, & hujus præpositionis *circum*, qualia sunt *Bemestreado*, *benquisto*, *circumferentia*, *circumflexo*. Præter quæ excipiuntur etiam *comigo*, *comtigo*, *comsigo*.

REGULA IV.

Pro compositione dictionum.

Compositio dictionum.

CVm Latina & Lusitana lingua ita cohæreant, ut quandoque in idem recidere potiùs quàm assimilari videantur cum dictionibus Latinis & Lusitanis veniunt in compositionem præpositiones & particulæ sequentes: *A*, *ab*, *abs*, *ad*, *an*, *con*, *de*, *des*, *dis*, *en*, *ex*, *in*, *inter*, *ob*, *per*, *pro*, *pos*, *re*, *se*, *sub*, *trans*, *sobre*.

Exempla Latinarum sint, *Amovere*, *abominari*, *abstinere*, *advertere*, *annullare*, *concipere*, *delere*, *destruere*, *displodere*, *enchiridion*, *expugnare*, *invidere*, *interpellare*,

pellare, obsidere, perrumpere, procurare, postponere, repugnare, separare, subire, transferre.

Exempla Lusitanarum sint *Arometer, absolver, abster, admirar, annullar, condescender, declinar, desfazer, dispor, enlaçar, exaggerar, intentar, interromper; obstar, perseguir, proceder, pospor, reprovar, separar, sostabelecer, transportar, sobrestar.*

R E G V L A V. 152

Pro analogia, & ethymologia, vel origine dictionum.

HÆc regula duas habet partes, alteram de analogia; quæ est convenientia & proportio dictionum: alteram de ethymologia, sive origine earundem dictionum: & pars utraque locum habet in utraque lingua Latina & Lusitana. Analogia, Ethymologia.

Quod attinet ad primam, sicut Latini dicunt *Vestimentum, vestire, vestitus.* Dicunt *Vendere venditus, venditio.* Dicunt *Gemere, gemitus* observantes semper proportionem derivatorum: sic etiam Lusitani debemus dicere, *Vestidura, vestir, vestido,* & non sicut aliqui *vistidura, vistir, vistido.* Debemus dicere *vender, vendido, venda.* Et non sicut aliqui *vinder, vindido.* Debemus dicere *Gemer, gemido:* & non *gimer, gimido;* *terceyro,* & non *tirceyro: thesouro,* & non *tisouro.*

Eadem ratione dicunt Latini *Pomarium,* debemus dicere *Pomar,* & non *Pumar,* Dicunt illi *petere, petitio, petens:* nos debemus dicere *Pedir, petiçam, pedinte;* & non sicut aliqui *Pidir, pitiçam, pidinte.*

Quod attinet ad secundam partem de ethymologia, sive origine, semper debemus eniti pro illa investiganda & assequenda: siquidem ex vocabulorum fonte, seu radice bene exploratis pendet recta locutio, & scriptio.

In Latinis perspicuè cernitur à verbo *legere* derivari *lectum, lectionem:* a verbo *audire* derivari *auditum, auditionem;*

tionem : à vocibus *manus & missio* habere originem & compositionem hoc nomen *manumissio*.

Lusitani etiam debemus loqui & scribere juxta originem & compositionem nostrarum dictionum.

Quare non debemus scribere *memposteyro*, sed *mampostеyro* : quia hæc dictio significat virum positum de manu alterius pro aliquo negotio : & hac ratione dicimus *manteudo* illum qui alterius manu, seu potestate fultus, & sustentatus est.

Eadem ratione non debemus dicere *farropea*, sed *ferropea* quia componitur ex *ferro*, & *pea*. Non debemus dicere *manto bernio*, sed *manto hybernio*, quæ vox significat pallium Hyberniæ insulæ. Quia nos non vocamus *Hybernos* Bernios : sicut nec *Italianos*, Talianos.

Nec mihi objiciatur hoc fieri ex corruptione vocabulorum prout nostræ linguæ aptantur. Quia aliud est corrumpere vocabulum, illud aptando modo & proprietati linguæ, sicut ex hac voce *defensio* quæ nomen Latinum est, facimus *defensàm* : & hæc corruptio bona & necessaria est : aliud corrumpere ex ignorantia originem vocabulorum : hæc enim corruptio multum aures peritorum, ac politorum offendit, v. g. quando imperiti dicunt *enxucassam* pro *execuçam*, *socresto* pro *sequestro*, *rendicam* pro *redempçam*, *alicornio* pro *unicornio*, *forodio*, pro *serodio*, *atambor*, pro *tambor*.

Huic malo peritiores debent occurrere intercipientes hujusmodi pravam corruptionem ne serpat : dictiones verò redeant ad suam primævam originem.

REGULA VI.

Vt apte dividantur dictiones & syllabæ in fine lineæ, quando hæc capere nequit integras.

Divisio syllabarũ. QVando duæ consonantes sunt inter duas vocales, & dividendum est vocabulum, quia linea illud capere nequit, vna ex dictis consonantibus manebit cum

cum vocali antecedente, & altera cum vocali sequente transibit, v. g. apud Latinos *il-laqueare*, apud Lusitanos *af-feyçoar*.

Ab hac generali regula excipiuntur vocabula quæ post literam *s*, habent *c, m, p, q, t*, qui characteres sibi pungunt *s*, v. g. apud Latinos *Na ſcor*, *Co-ſmus*, *horre-ſco*, *Cri-ſpus*, *ulci ſcor*, *pa-ſtor*, *ca ſtus*. Apud Lusitanos *Na-ſcer, Co-ſme, Ca-ſto, e-ſquadram, pa-ſtor*.

Eadem ratione quæ ante *m, n*, habent *g*, hæc enim litera fertur ab aliqua ex illis duabus, v. g. *Au-gmento, di gno, ma-gno*.

Omnis litera muta, quæ ponitur ante liquidam, eamque restringit sibi, pertinet cum illa ad vocalem sequentem, quam ferit, v. g. apud Latinos *tene-bræ*, *sa-lu-bris*. Apud Lusitanos *A-brir, af- fligir*.

Si vnica consonans inter duas vocales detur, semper transibit cum syllaba sequenti, etiam si talis consonans adspirata sit, v. g. apud Latinos *A-mor A thenæ*; apud Lusitanos *ba-nho*, *ba-talha*.

In medio vocabuli debet syllaba terminari in *b, c, d, f, g, p, s, t*, quando quælibet ex his literis duplicetur, v. g. *Ab-bade*, *ac-celerar*, *ad diçam*, *af-feyçoar*, *ag-gravar*, *op posiçam*, *paſ-ſo*, *got ta*. Item in *L. M. R.* sequuta qualibet consonante, v. g. *Al-ma, pom-ba, ar-te, fal-ſo, cam-po, par-te*.

Quando dictio fuerit composita ex præpositionibus, vel particulis compositivis, quæ fere monosyllabæ sunt, semper in divisione egredientur cum iisdem literis, quibus compositionem ingressæ fuerunt, v. g. apud Latinos *Con-ſtituere, re-ſtituere, præſcribere de-ſcendere*, *ap-pellare*. apud Lusitanos *Con-ſtituir*, *re-ſtituir*, *pre-ſcrever*, *de-ſcender*, *ap-pellar*. Quod fiet, quamvis ultima litera præpositionis vel particulæ compositivæ versa iam sit in alteram literam; causa compositionis v. g. Latinè *ap-parere*, *an-notare*. Lusitanâ *ap pa-relhar*, *an-notar*.

160

REGVLA VII.

Pro abbreviatura dictio um.

Abbreviaturæ dictionum.

SVnt frequenti in uſu, & pro velocitate ſcribendi fere neceſſariæ abbreviaturæ: nam per illas papyro ac tempori parcitur.

Apud Latinos fuere in uſu: illi enim ne ſcriberent ad extenſum *Senatus, populuſque Romanus* ponebant S.P.Q.R. pro *Caius Iulius Cæſar* ponebant *C.Iul.Cæſ.* Pro *Quintus Fabius Maximus* ponebant *Q. Fab. Max.* pro *Marcus Tullius Cicero*, *M. Tul. Cic.* pro verbi gratia, v.g.

Eadem ratione pro vitanda prolixitate ſcripturæ ſolebant ſcribere ſuos numeros per notas, forma ſequenti.

Vnidade. I. I I. I I I. I V. V. V I. V I I.V I I I. I X.
Dezena. X. X X. X X X. X L. L. L X. L X X. L X X X. X C.
Centena. C. C C. C C C. C C C C. D. D C. D C C. D C C C. C D.
Milhar. M. I I M. I I I M. I V M. V M. V I M. V I I M. V I I I M. I X M.
Dezena de M. X M. X X M. X X X M. X L M. L M. L X M. L X X M. L X X X M. X C M.
Centena de M. C. C C. C C C. C C C C. D. D C. D C C. D C C C. D C C C C.
Conto. M. I I M. I I I M. I V M. V M. V I M. V I I M. V I I I M. I X M.

Apud Luſitanos ſunt etiam abreviaturæ in ſcribendo. Eſt imprimis frequens uſus apicis, quem vocant *til* in quibuſdam dictionibus, v. g. quando volunt dicere *Sentença*, *Gonçalvez*, *Fernandez*, *Martins*, *Rodriguez*, ſcribunt Sñça, Glz, Frz, Mĩz, Roĩz ponendo apicem, vulgo *til*.

Vtuntur etiam abbreviaturis ſine apice, & frequentiores ſunt, Voſſa Mageſtade, *V. Mag.* Voſſa Alteza, *V. A.* Voſſa Excellencia V. E. Voſſa ſenhoria *V. S.*

Voſſa

Voſſa merce. V.m. ELRey noſſo ſenhor. ELR. N. S. Author. A. reo. R. ſemper grandibus characteribus.

Eadem ratione vt Luſitanæ linguæ numeros in pauca conferamus, eos ſcribemus ſequenti forma.

Vnidade. 1.2.3.4 5.6.7.8.9.

Dezena, 10.20.30.40.50.60.70.80.90.

Centena, 100.200.300.400 500.600.700.800.900.

Milhar, 1000. 2000. 3000. 4000. 5000. 6000. 7000. 8000. 9000.

Dezena de M. 10000.20000.30000.40000.50000.60000. 70000. 80000. 90000.

Centena de M. 100000.200000.300000.400000.500000. 600000. 700000. 800000. 900000.

Conto, 1000000.2000000.3000000. 4000000. 5000000. 6000000. 7000000. 8000000. 9000000.

REGVLA VIII. 161

Pro uſu ſcribendi virgulam, punctum & virgulam, & duo puncta.

HAc figura, quam appellamus virgulam, alio nomine *Inciſionem*, & *medium punctum*, utimur tum ad diſtinguendum ſcripta, tum ad reſpirandum: quia in illa quieſcimus, ut ſtatim progrediamur. *Virgula & punctum.*

Vſus frequentior virgulæ eſt poſt verbum cum ſuis caſibus, ſcilicet ad finem cuiuſcunque orationis: v. g. *quem ama a Deos, ama o proximo.* Qui amat Deum, amat proximum.

Ponitur poſt conjunctionem ante relativum, v. g. *Aquelle he verdadeyramente prudente, e ſabio, que de todo ſeu coraçam honra a Deos.* Ille verè eſt prudens & ſapiens, qui ex toto corde Deum colit.

Ponitur etiam poſt nomina adjectiva, quando multa in eodem caſu concurrunt, v. g. *Quem quizer ſer verdadeyramente nobre: deve ſer bom, prudente, conſtante, liberal.* Qui voluerit eſſe verè nobilis, eſſe debet probus, prudens, conſtans, liberalis.

ralis. Eundem locum habet in variis ſubſtantivis. v. g. *As virtudes morays ſam quatro , prudencia , Iuſtiça, temperança , fortaleza.* Virtutes morales ſunt quatuor, prudentia , Iuſtitia , Temperantia , Fortitudo. Etiam poſt verba ſimplicia abſque caſu v. g. *pequey cuydando, fallando , obrando* Peccavi cogitando , loquendo , operando.

Maior eſt difficultas in exponenda altera parte regulæ, ſcilicet apponendo differentiam uſus inter punctum & virgulam , & duo puncta.

Quod attinet ad uſum puncti & virgulæ , quem vocamus *colon imperfectum* , id eſt membrum imperfectum , tunc dabitur , quando nec ſufficit virgula , nec expedit affigi duo puncta : quod evenit , quando clauditur ſententia imperfecta,v.g.in hoc exemplo : *Antigamente igdoney ; mas agora conheço :* Ignoravi olim; ſed modo cognoſco. Habet locum inter verba & ſententias contrarias , v. g. *Muyto diſtam carregar ; deſcarregar ; alegrarſe ; antriſtecerſe.* Multum diſtant onerare ; exonerare ; lætari ; triſtari.

Quod attinet ad uſum duorum punctorum , quem vocamus *colon perfectum* , id eſt , membrum perfectum tunc datur , quando ſententia in ſe reddit perfectum ſenſum ; quamvis ſit pars periodi claudentis materiam particularem conſumatam. Ex quo patet diſcrimen inter hoc membrum perfectum , & illud imperfectum, ſcilicet punctum & virgulam , quod relinquit ſenſum ſuſpenſum : cum dictum non ſit quantum ſufficiat, donec adveniat pars ſententiæ,quæ ſequitur.

Vtimur etiam duobus punctis,quando allegamus verba alicuius authoris,v.g. *Dicebat Horatius : Nihil eſt ab omni parte beatum.*Dizia Horacio : Nenhuma couza he de todo perfeyta. Eadem ratione quando pollicemur aliquid dicere : v.g. *Direy ao que me amaldiçoar : Huyva como lobo ; mas nam me mordas como cam.* Dicam maledicenti mihi : Vlula ut lupus ; ſed non me mordeas ut canis.

REGVLA IX.

Vt rectè utamur puncto finali, signo interrogativo, & admirativo, ac parenthesi.

VTimur finali puncto ad finem sententiæ, seu rationis, quando ita perfecta & consummata est, ut nullo modo suspensam mentem relinquat. Ideoque semper figendum est, quando clauditur illa sententia, quam vocamus periodum, circulum, clausulam, qua exacta semper character magnus scribendus èst, ut diximus reg. I. **Punctum finale.**

Signum interrogativum est quoddam sigma versum, cui in parte inferiori punctum subèst hac forma ? Vtimur hoc signo quando aliquid interrogamus, v.g. *se conhece, a tantos, porque ati mesmo nam sabes ? Se desejas o alheyo, porque nam conservas o teu ?* Si tot alios cognoscis, cur te ipsum ignoras ? Si aliena appetis, cur tua non conservas ? Adde semper post interrogationem scribendum esse characterem magnum : ut patet in exemplis.

Signum admirativum est radiolus directus, cui suffigitur punctum hac forma ! Hoc signo utimur ad indicandam admirationem v. g. quando alloquentes Deum dicimus: *Quàm admirabile est nomen tuum in universa terra !* Et quando loquimur cum Iudæis dicimus: *O stulti, & tardi corde ad credendum !* Semper post admirativum signum scribitur character magnus.

Signum indicativum parenthesis, est duplex semicirculus hac forma ( ) inter quos includimus nonnulla verba, quibus demptis ab oratione, quam scribimus, adhuc manet ratio perfecta. Nam idem significat parenthesis, atque interpositionem verborum alienorum ab illa clausula, in qua interponuntur : v. g. quando dicimus, *O peccador (se se nam emendar) sem duvida serà condenado* peccator (si non corrigatur) procul dubio damnabitur. Item quando citatur aliquis author : v. g.

Bemaventurada será a republica (dizia Platam) na qual ou os Reys filosofem , ou os Filosofos reynem. Beata erit respublica (ut dicebat plato) in qua vel Reges philosophentur , uel philosophi regnent.

Ponamus aliud exemplum pro usu parenthesis : *os livros (dizia platam lib. 5. Epist.) emporta sejam tanto mays amados , que os filhos , quanto os filhos do entendimento levam ventagem aos filhos do corpo.* Libri liberis (dicebat plato lib. 7. Epist.) chariores tanto esse oportet, quanto filij mentis præstant filiis corporis.

162

REGVLA X.

Pro aliis signis valde conducentibus ad rectam scriptionem.

Signa in scriptione. PRæter supra dicta sunt alia signa, quæ appellantur *Divisio*, *Angulus*, *Paragraphus*, *Apices*, *Hyphen*, *Semicirculus*, *Asteriscus*, *Obeliscus*, & *Branchia*, quorum omnium expositionem accipe.

Divisio est in usu quando fit hujusmodi signum-, nempe in fine lineæ, quando occurrit aliquod vocabulum, quod integrum linea capere nequit, proindeque pars talis vocabuli ad sequentem lineam necessariò transferenda est.

Angulus est quoddam signum habens hanc figuram *Λ* per quod denotatur oblivio verborum, v. g. si dicamus Rex Dom. filius Regis D. Ioannis I V. Alphonsus V I. *Λ*. est in comparandis victoriis Regum omnium felicissimus.

Paragraphus alio nomine *Articulus*, vel *Aphorismus* est signum hujus figuræ §. quod ponitur non inter unam clausulam & aliam, sed inter unum & alium tractatum, quando scilicet materiæ sunt diversæ, & semper ponitur in principio rei divisæ.

Apices alio nomine *Dieresis*, vel *Cimalha* sunt duo puncta, quæ figimus supra vocalem, quam volumus dividere

dividere ab alia vocali immediata,& pronunciare divisam, v.g. in his vocibus *Saüde Alaüde*, *Poëta*. In lingua Latina *Aër*, *Israël*: Est huiusmodi usus præcipuus in nominibus, quæ æquivocantur cum diphthongis, ut nempe ab his distingui intelligantur. & pateat unamquamque ex illis duabus vocalibus perfectam syllabam constituere.

Hyphen significat conjunctionem, & sortitur hanc figuram-V-qua utimur in duplici casu. 1. Quando in unum idemque corpus punguntur duæ dictiones, ita ut maneat una tantum, v.g. *passa-V-tempo*: *guarda-V porta*. 2. Quando per errorem scribimus unam dictionem syllabis separatis, & volumus errorem corrigere, significantes esse unam tantum, v. g. *consi V. do*.

Ex opposito datur alia figura quæ appellatur *disjunctio*, Lusitanè *desuniam*, in hanc formam *A* inservit ad corrigendos errores dividendo literas uel dictiones, quæ debebant scribi separatæ. Eandem vim *Hyphen* habet hoc signum, ut cernitur hoc nomine*menor-idade*.

Semicirculus, Lusitanè *Meyo circulo* habet hanc figuram) & inservit, quando interpretamur aliquem authorem, ut dividamus verba, quibus illum exponimus,illum figurando hac forma] & post illum semper character magnus scribendus est.

Asteriscus est quædam stellula hac figura * quæ inservit ad notandum defectum verborum in aliquo authore,vel denotat aliqua, quæ indigent ponderatione.

Obeliscus significat parvam cuspidem veru, aut sagittæ, & ponitur hac figura I> ut significet verba, aut versus adulterinos alicujus authoris. Est signum longè diversum ab *Asterisco*: quia hic designat bona, *Obeliscus* mala.

Denique *Branchia* vocant Græci, & nos vocamus syllabam brevem signum figuratum sic V. quo denotamus esse brevem illam vocalem supra quam ponitur: nam si fuerit longa signari debet figura accentus circumflexi ∧. uel acuti,v.g. apud Latinos *Occido* penultima breui significat cadere; *Occido* penultima longa, occidere. Apud Lusitanos hæc vox *levado* id est, fermentatus& hæc *levado* pen.lon.id est latus.

Ex quibus ſatis innoteſcit quanti ſit momenti & emolumenti uſus prædictorum ſignorum.

TRACTATUS POSTERIOR.

DE REGULIS QUÆ SUNT peculiares Luſitanæ Linguæ.

163 REGULA I.

Fundamentalis, ſeu jaciens fundamentum reliquis.

VT habeamus certitudinem, & obſervemus veritatem in noſtra ſcriptura, ſic debemus ſcribere, ut pronunciamus, & ſic pronunciare, vt ſcribimus. Aliter noſtra ſcriptura mendax erit. Nam ſi mentitur loquendo quiſquis contra mentem loquitur, ſic mentitur pronunciando quiſquis contra ſcripturam pronunciat: ſicut enim locutio menti ſic ſcripturæ pronunciatio conformari debet. Igitur legitimus Luſitanus ne à tam præclara natione degeneret, ut omninò habeatur verax, eandem quam loquendo, ſervet ſcribendo veritatem.

Satis erit pro expoſitione huius fundamentalis regulæ apponere exemplum in ipſomet verbo *eſcrevo* quod, cum apud Latinos *ſcribo*, Luſitani illi addimus literam, *e*, & mutamus *b*, in *v*, quia pronunciamus eaſdem literas in verbo *eſcrevo*.

Quarè nunquam addendæ ſunt literæ, quæ non pronun

pronuncientur, sicut aliqui addunt malè literam *e*, in nomine *Fee*, cum debeant scribere unico *e*, cum accentu *Fè*, & o in nomine *Poo*, cum debeant scribere unico *o*, cum accentu *Pò*.

REGULA II.

Pro distinctione in scribendo.

Distinctio in scribendo.

Necessariò servari debet aliqua diversitas in scribendo vocabula, quæ cum retineant easdemmet literas, habent diversam significationem, & quandoque diversum sonum pronunciationis. Quia aliter defficiente distinctione, dabitur confusio: v. g. ut distinguamus nomen *renuncia* à verbo in tertia persona præsentis indicativi *renuncia* debemus in penultima figere accentum acutum vel circunflexum: & sic scribemus: *Boa he a renuncia que faz Pedro, e qual renuncia a sua conezia em Paulo.*

Eadem ratione distinguemus nomen *esta* à verbo *està* si dixerimus, *Esta mulher està clauda.* Similiter probè distinguemus nomen *nô* à præpositione *no*, quando dixerimus, *Day hum nô no cordel.* Distinctionem eandem adhibebimus verbo præsentis indicativi in tertia personæ pluralis *tostam* Latinè torrent, & nomini tostâm cum accentu, quod significat monetam quinque triobolorum.

Item in multis verbis optimè distinguemus præterita à futuris in tertiis personis pluralis, v. g. *partiram* de præterito à *partirâm* de futuro, & tolletur æquivocatio in Epistolis, quæ ex confusione quandoque detrimentum pariunt. v. g. in hac oratione *partiram as naos Sabbado*, vel *Partirâm as naos Sabbado.* Quia in priori oratione est verbum in præterito, in posteriori est in futuro.

Hoc nomen *divida* penultima brevi ut distinguatur à verbo *duvidar* in tertia persona præsentis indicativi *duvida* notari debet accentu posito in verbo, ut quando

do ſcripſerimus : *Nam tem duvida aquillo em que pedro duvida.*

Manet igitur perſpicuum ſervata diſtinctione accentuum in illas voces, quæ diverſæ naturæ ſunt, manere diſtinctas : non ſervata, confuſas.

---

164 REGVLA III.

Pro ſcribendis vocibus, quæ ſimul Latinæ & Luſitanæ ſunt: illis etiam quæ a Latinis acceptæ Luſitano idiomati conformantur, vulgo dicimus aportuguezadas.

Dictiones quæ ſunt omninò Latinæ debent ſcribi iiſdem omninò characteribus, quibus integræ ad nos tranſierunt, quales ſunt, v.g. *terra*, *maſſa*, *ſyllaba.* Æquum enim eſt, ut ſicut eas in totum accepimus, ita conſervemus cum omnibus quæ attulerunt.

Excipitur, ſi ſcribantur literis, quæ apud Luſitanos in pronunciatione mutant ſonum : v. g. *chorus* vox Latina, quando fit Luſitana ; non debet ſcribi cum *h*: *choro*, quia tunc ſignificat luctum, & derivatur à verbo *chorar* : item non debet ſcribi parocho, ſed *Paroco* : nec *charidade*, ſed caridade : ſicut nec *Cherubim*, ſed *querubim*. Eadem ratione nec *Monarcha*, vel *Monarchia* ſed *Monarca*, *Monarquia*. Quia *cha*, *cho*, *che*, *chi* apud Luſitanos reddunt diverſum ſonum atque hæ ſyllabæ *ca*, *co*, *que*, *qui*.

Iuxta generalem regulam ſequemur duplicationem literarum, quando Latini duplicaverint, v.g. ponemus *Aggravar*, *aggravo*, *exaggerar*, *exaggeraçã*: quia Latini ſcribunt *Aggravare*, *aggravatio*, *exaggerare*, *exaggeratio*.

Intelligitur regula, quando voces ſunt Latinæ & veniunt ad nos abſque ulla mutatione : quia ſi aliquam mutaverimus ſyllabam, vel characterem, eadem mutatione debemus ſcribere, v.g. habent Latini *ſcribo*, *ſtella*, *mulier*, nos quia habemus *eſcrevo*, *eſtrella*; *mulher*, addimus, & mutamus literas quæ in illis cernuntur

nuntur additæ, & mutatæ.

Similiter in vocibus iis, quæ à Latinis accipimus, & nostræ linguæ aptamus, Lusitanismo donantes, quoad fieri possit, debemus conseruare easdem literas quas attulerunt, v. g. dicunt Latini *defensio*, nos dicemus *defensa*, uel *defensam* cum S. quamvis in aliis ponere solemus *ç*, v.g. *corsença averça*. In similibus, quas accepimus, & Latini ponunt *t*, scribimus nos *ç*, v.g. scribunt Latini *gratia*, *præsentia*, *dolentia* scribimus nos *graça*, *presença*, *doença*, Voces alias finiunt Latini in *tia*, v.g. *Patientia*, *clementia*, *violentia*, nos finimus in *cia*, v.g. paciencia, clemencia, violencia.

Quæ trahunt originem à Latinitate, & jam induerunt Lusitanismum, sono ac pronunciatione diversis, juxta huiusmodi diversitatem scribi, ac pronunciari debent, v.g. habet Latinitas *Doctor, doctus, rector*, *collector*, *præfectus*, *affectus*, nos dicimus *Doutor*, *Douto*, *Reytor*, *colleytor*, *perfeyto*, *effeyto*, *affeyto*.

Voces illæ, in quibus dubitari potest, scribendæ ne sint cum *s*, an cum *z*, ex eo quòd hujusmodi literæ reddant eundem sonum, sequemur Latinos. Vnde scribemus *uso*? & non *uzo*: quia scribunt *usus*. Scribemus *applauso*. & non *applauzo*: *causa*, & *cauza*, quia Latini scribunt *applausus*, *causa*, &c.

Venit in dubium, scribendum ne sit *Philosophia*, vel *Filosofia*, *Orthographia*, vel *ortografia*? Hæ voces sunt Græcæ, & quia Latini acceperunt à Græcis, scribunt cum *ph*: non aspernabor Lusitanos qui nostro more scribant simpliciter *Filosofia*, *Ortografia*, sicut *Fellippe*, & non Phelippe. Quia jam veniunt e longinquo, & non sunt Latinæ, sed Latinitate donatæ.

Non debemus scribere cum diphthongo voces, quas accepimus à Latinis diphthongo scriptas, quales sunt *edificio*, *estio*, *herdeyro*, *pena*, *feno*, *Ethiopia*, & Latini scribunt *Ædificium*, *æstus*, *hæres*. *pœna*, *fænum*, *Æthiopia*. Quia Lusitani contenti sunt suis diphthongis, & non indigent alienis. Quod erit magis perspicuum ex regula 5. Non damnabo tamen eos qui diphthongo scripserint aliqua nomina propria, sive Græca, sive Latina, quæ non sunt in frequenti usu, ut sic meliùs dignoscantur,

dignoſcantur, qualia *Oedipo*, *Oenone*, *Ælio*.

Mihi non diſplicet quòd accipiamus à Græcis ſuam literam K, verùm ad uſum limitatum, nempe ut ſcribamus duas dictiones, quas à Græcis accepimus, quales ſunt *Kirios*, *Kalendas*.

165

REGVLA IV.

Pro ſcribendis Luſitanis nominibus in numero plurali.

Pluralium ſcriptio.

NOmina vel deſinunt in literam vocalem, vel in conſonantem. Quod attinet ad deſinentia in vocalem, ſi deſinunt in *a*, ſive monoſyllaba, ſive polyſyllaba, habent pluralem in *as*, ut *pà*, *pàs*; *fama*, *famas*. Si deſinunt in *e*, habent pluralem in *es*, ut *pè*, *pès*: *polè poles*. Si deſinunt in *i*, habent pluralem in *ins*, ut *robi*, *robins*, vel in *iys*, *robiys*, ſi in *o*, deſinant, habent pluralem in *os*, ut *pò*, *pòs*: *pano*, *panos*. Notetur multa quæ deſinunt in *o*, & carent accentu longo in prima ſyllaba ſingularis, illum habere in prima pluralis, ut *Ovo*, *ôvos*: *oſſo*, *ôſſos*: *povo*, *pôvos*: *porco*, *pôrcos*. Denique ſi deſinunt in *u*, habent pluralem in *us*, ut *mû*, *mûs*: *perû*, *perûs*.

Quod attinet ad deſinentia in conſonantem, obſervandum eſt Luſitana nomina vulgò non deſinere in *b*, *c*, *d*, *f*, *g*, *n*, *p*, *q*, *t*, *x*, ſed deſinere in *l*, *m*, *r*, *s*, *z*. Cuilibet ex his quinque conſonantibus, in quas ſolent deſinere, apponemus retrò vocalem, ut nominibus pluralem numerum deſignemus.

Si loquamur de litera *l*, & finiamus ſingularem in *al*, habet pluralem in *ays*. *Animal*, *animays*: *curral*, *currays*. Si in *el*, habet in *eys*, *Lambel*, *lambeys*: ſi in *il*, habet in *iys*: *gomil*, *gomiys*, ſi in *ol*. habet in *Oys Caracol*, *caracoys*. Si in *ul*. habet in u, *uys*, *paul*, *pauys*.

Si loquamur de litera *m*, & finitis in *am*, regulariter habent pluralem in *oẽs* ut *trovàm*, *trovoẽs*: *padram*, *padroẽs*: *peyam*, *peyoẽs*: *eſquadram*, *eſquadroẽs*: *toſtam*, *toſtoẽs*. Excipiuntur 1. Aliqua quæ habent pluralem in *aõs*:

aõs : ut *cortezam, cortezãos : cidadam,cidadãos,villam, villaõs* : *Christam* , *Christaõs* : *irmam* , *irmaõs* : *mam, maõs* : *sam* , *saõs* : *vam,vaõs* : *pagam* ,*pagaõs* : *frangam, frangaõs* : *zangam,zangaõs.*

Excipiuntur 2. Quæ habent pluralem in *aẽs*, ut *cam, caẽs* : *escrivàm escrivaẽs* : *capitam, capitaẽs* : *pam,paẽs: massapam* , *massapaẽs* : *Alemam* , *Alemaẽs* : *gaviam, gaviaẽs* : *rufiam* ,*rufiaẽs.*

Finita in *em*, habent pluralem in *ens*, v. g. *homem, homens* : *palafrem* , *palafrens.*

Finita in *im*, habent pluralem in *ins*, ut *marfim, marfins* : *fraldelim* , *fraldelins.* Finita in *om* , habent pluralem in *ons*, vt *bom bons.* Finita in *um*, habent pluralem in *uns*, ut *debrum,debruns.*

Si loquamur de finitis litera *r*, quæ desinunt in *ar*, habent pluralem in *ares*, ut pomar, pomares, si in *er*, habent pluralem in *eres*, ut *mulher*, *mulheres* si in *ir*, in *ires*, ut *Martyr*, *martyres.*

Si loquamur de finitis in litera S, non constat liquidò Lusitanum nomen aliquod desinere in S, nisi dicamus desinere in *es convès*, *envès*, *revès*, &. tunc habebunt pluralem in *eses*, v. g. *conveses*, *enveses*, *reveses:* vel in *is*, ut *gis*, in plurali *gises*: uel in *os*, ut *cos*, in plurali *coses* : uel in *us*, in plurali *uses*, ut *cuscus*, *cuscuses, alcasus*, *alcasuses.* Verùm hæc omnia aptè possunt desinere in z,& tunc scribemus *convèz convèzes*:*envèz, envèzes* : *revez, revezes* : *giz, gizes* : *coz, cozes*:*cuscuz, cuscuzes.*

Si loquamur de finitis litera z, quæ desinunt in *az*, habent pluralem in *azes*, ut *paz*, *pazes*, si in *ez*, habent in *ezes*, ut *fèz*, *fezes*, si in *iz*, habent in *izes*, ut *codorniz*, *codornizes.* si in *oz*, habent in *ozes*,ut *fòz.fozes. Algeròz*, *algerozes.* si in *us*, habent in *uzes*,ut *carafus, carafuzes.*

Notatur dari apud Lusitanos nomina quædam anomala, de quibus affirmari potest nec singularem, nec pluralem in rigore habere, vel in illis omnia esse singularem & pluralem, huiusmodique desinere in *s*, ut *migas*, *papas, andas*, *ciroulas*, *layvos* : de quibus diximus *num.* 41.

REGVLA

REGVLA V.

166 *Pro diphthongis Lusitanæ linguæ scribendis.*

Dipthongorum. scriptio.

DIphthongus, quantum deprehenditur ex ethymologia, & significatione huius vocis Græcæ idem valet atque conglutinatio vocalium, quæ servant eandem vim in eadem syllaba.

Hoc posito, cum diphthongus existere nequeat, nisi duabus vocalibus in unam syllabam coalescentibus in lingua Lusitana compertum habeo dari tria genera diphthongorum, sub quibus diversæ species continentur.

Primum genus est quando datur coadunatio vocalis *y*, cum aliqua ex vocalibus, siue illas antecedat, siue præcedat. Tunc enim insurgent variæ diphthongi species, quæ allatæ in exempla regulam exponent.

Quando jungitur *y*, cum *a*, vel antecedit *ya*, vt in voce *arrayal*, vel præcedit *ay*, vt in voce *pay*. Quando jungitur cum *e*, & præcedit *ey*; sicut in voce *Rey*, *ley*. Et Quando jungitur cum *o*, & præcedit vt in voce *boy*, *soy*. Quando jungitur cum *i*, & præcedit, sicut in dictionibus *Rohiys*, *horiys*. Quando jungitur cum *u*, *uy*, sicut in vocibus *fruyto*, *muyto*. Ex iis patet oriri diversas diphthongi species ex diversa combinatione vocalis *y*, cum reliquis.

Secundum genus est, quando datur coadunatio vocalis *u*, cum aliqua ex reliquis vocalibus sive antecedat, siue præcedat. Quia tunc insurgunt variæ species, quæ exemplis declarantur, & positam regulam declarant. Quando jungitur *u*, cum *a*, vel antecedit in voce *igual*, vel præcedit in voce *causa*. Quando jungitur cum *e*, vel antecedit in voce *baque*, vel præcedit in voce *deu*. Quando jungitur cum *i*, & antecedit *ui*, v.g. in voce *daqui*. Quando jungitur cum *o*, vel antecedit *uo*, sicut in voce *loguo*, vt aliqui scribunt, vel præcedit

ou,

ou ut in vocibus *moucho outorgo.*

Tertium genus eſt, quando duæ vocales ſiue ſint ejuſdem, ſive diverſæ ſpeciei coaleſcunt in unam ſyllabam vi apicis utramque literam colligantis. Vnde ſub hoc genere tot erunt ſpecies, quot fuerint diverſæ combinationes literarum.

In vocalibus ejuſdem generis apice unitis, v. g. *Irmaãs, maçaãs.* In vocalibus diverſi generis apice unitis, *toſtoẽs, eſcrivaẽs.* In hujuſmodi dictionibus invenimus diphthongos, quia certum eſt ex duplici vocali in unam ſyllabam coaleſcente diphthongum inſurgere, proindeque tot eſſe diphthongos, quot fuerint combinationes vocalium in unam ſyllabam coaleſcentium.

REGVLA VI. 167

Pro duplicandis literis ſive vocales, ſive conſonantes ſint.

EXordium capienti à duplicatione vocalium, generalis regula eſſe poteſt, nunquam duplicari vocales ejuſdem generis & qualitatis, ſi pertineant ad idem vocabulum, & completæ fuerint. **Duplicatio literarum.**

Dixi (ejuſdem generis & qualitatis) quia in hac voce (*mentiys*) ſunt diverſæ qualitatis *i.* & *y*, Dixi (pertineant ad idem vocabulum) quia quando dicimus *vendoo* id eſt vendo à elle, vel *amavaa* id eſt amabat illam, non duplicantur vocales, ſed junguntur articuli, qui non pertinent ad vocabula, itaut cum illis dictionem componant. Dixi (completæ fuerint) quia in hac voce *Irmaãs* unumquodque *a*, completum non eſt, ſed in unam completam ſyllabam coaleſcit.

Quod attinet ad conſonantes, imprimis certum eſt literas *x*, & *z*, nunquam duplicari: quia unaquæque vim & æquipollentiam duplicatæ ſortitur. Pro duplicandis, *r*, & *s*, optima regula poterit eſſe delicata auris. Nam quælibet diverſum ſonum reddit ſimplex,

atque duplex. Nam simplex pronunciatur sono debili, duplex sono forti. Quod patet audienti *amara* à verbo *amar*, & *amarra* à verbo *amarrar*. Idem procedit de litera S, quia diversimode sonat *caso* id est eventus, atque *casso*, vas cupreum.

Advertendum tamen est in duplici eventu, quamvis hujusmodi literæ non duplicentur, habere vim & sonum duplicatarum. 1. quando ponuntur initio dictionis *Rapaz*, *Sandade*. 2. quando ponuntur in medio dictionis, sed non inter duas vocales, v.g. *tenro*, *defensa*.

Maior difficultas est assignare regulam pro duplicandis aliis consonantibus, præsertim quando eundem sonum reddunt simplices, atque duplices, v. g. in hoc verbo *fallar*: nam sonat eodem modo scriptum duplici ll. atque scriptum simplici *falar*.

Verùm antequam ad difficultatem accedamus, si detur diversitas in sono, regula sequens observabitur. Dicimus igitur duplicandas esse necessariò consonantes, quando illæ patiuntur divisionem in sono, v. g. in hac voce *accento*, ubi syllaba *ac*, sonans dividitur à *cento*. Aliter enim vox *accento* non pronunciaretur diversa à voce *assento*.

Quando facimus compositionem omninò Lusitanam cum litera *a*, formando aliqua verba ex nominibus, ab aure & usu abhorret duplicare consonantem immediatam literæ *a*, Quare à nomine *manso* dicemus *amansar*: à nomine *pedra apedrejar*, à nomine *neyte anoytecer*, à nomine *cabo* acabar, à *proveyto aproveytar*, à *puro*, *apurar*.

Sunt aliqua in quibus magis usus quàm auris docet literam duplicandam: qualia sunt quæ habent *f*, post literam *a*, præcipuè sequuta vocali, v.g. *afforar*, *affinar*, *affogar*.

Quoad reliqua in quibus nihil cernitur ex prædictis, observanda est regula 3. hujus tractatus, quæ complectitur omnes & quaslibet consonantes, scilicet quando voces fuerint Latinæ, vel deductæ à Latinitate, consonantes duplices, vel simplices esse ponendas, prout Latini ponunt, itaut conformentur nostræ cum Latinis, v.g. *Affinidade* cum affinitate, *aggravar* cum aggravare:

comũnicar

comũnicar cum communicare, & sic de reliquis.

Iuxta hanc regulam scribi debet *elle*, *delle*, *aquelle*: quia Latini scribunt *ille*. Similiter *amasse*, *lesse*, *ouvisse*, *fosse*. Quia Latini scribunt *amasset*, *Legisset*, *audisset*. *fuisset*.

Debemus scribere simplici S, particulam *se*, quam jungimus verbo, ut reddamus passivum, v. g. *vejase*, *legase*, *oussase*. Quia hæc conjunctio *se*, est omnino Lusitana, & non Latina: nec aliunde urget ratio ut duplicetur S.

REGVLA VII. 168

Pro scriptione diversarum consonantium, quæ cum sint diversæ, reddunt eundem sonum.

Occurrunt mihi duo genera literarum, quæ cum habeant figuram satis diversam, habent sonum ac pronunciationem valde similem. Prius genus constat tribus literis, *c*, *s*, *z*, posterius duabus *g*, *j*. Consonantes eiusdem soni.

Quod attinet ad prius, literæ *c*, & *s*, habent eundem sonum quando junguntur cum *e*, *i*, nam eo sono pronunciatur *seram* scriptum S, ac si scriberetur C, *ceram*: Item *cidade* & *Sidade*, *sinco*, & *cinco*. Quare indigent regula, ut harum literarum sciatur usus.

Mihi alia non occurrit quàm supra assignata, nempe debere nos scribere Latinas dictiones iisdem characteribus, quibus scriptas accepimus à Latinis. Quare scribemus *cebola*, *cidade* cum *c*, quia Latini scribunt *cepe*, *civitas*: scribemus *Senado*, *sinete*; quia Latini scribunt *Senatus*, *sigillum*.

Quando autem dictiones fuerint Lusitanæ absque origine Latinitatis, habebunt *c*. si desinant in *ece*, v. g. in verbis *amanhece*, *anoytece*, item in *ice*, v. g. in nominibus *ladroice*, *parvoice*. Circa alia, quæ sub regulam non cadunt, dictionaria consulantur. Illud obiter notandum quæ ad finem nominis Latini scribunt

per *ti*, Lusitanos scribere per *ci*, v. g. scribunt illi *clementia*, nôs *clemencia*: illi *negotium*, nos *negocio* Sicut quæ illi finiunt in *sio* nos finimus in *sam*, v. gr. dicunt illi *divisio*, nos *divisàm*: dicunt *defensio*, nos *defensam*. Excipitur *passio*, quia dicimus *payxam*.

Conferamus modò has duas literas *s*, & *z*, inter se, quas multi in usu confundunt nescientes discernere. Regula pro distinctione & usu hujusmodi literarum erit applicare illam quam supra tulimus circa *c*, & *s*, nempe scribemus *s*, & non *z*, in vocabulis Lusitanis, quando Latina, à quibus deducuntur, habent *s*, & non *z*, Vndè quia Latini scribunt *mensa*, scribemus nos *mesa*, & non *meza*: quia Latini habent *casa*, nos scribemus *casa*, & non *caza*, &c.

Ponemus tamen *z*, in vocabulis Lusitanis juxta has regulas.

Prima regula: finiemus litera *z*, vocabula Lusitana quæ nascuntur à Latinis finitis in *x*, v. g. à voce Latina *pax*, scribemus *paz*. à *fex*, fez, à *perdix*, perdiz, à *vox*, voz, à *lux*, luz.

Secunda: In nominibus patronimycis, v. g. à Fernando, *Fernandez*: à Rodrigo, *Rodriguez*.

Tertia: In nominibus propriis nationum, quæ terminantur in *ez*, v. g. *Portuguez*, *Ingrez*, *Irlandez*, *Escocez*, *Francez*, *Genovez*.

Quarta: In multis personis verborum *fazer*, *trazer*, *dizer*: Vt *faz*, *traz*, *diz*. *Fazia*, *trazia*, *dizia*.

Quinta: In nominibus fœmininis desinentibus in *eza*, ut *avareza*, *fraqueza*, *rudeza*, *cainheza*.

Sexta: In omnibus finitis in *az*, *ez*, *iz*, *oz*, *uz*, quæ habent accentum in ultima, v. g. *Rapàz*, *enxadréz*, *chafaríz*, *albernóz*, *alcatrúz*.

Septima: In his nominibus numeralibus. *Dez*, *onze*, *doze*, *treze*, *quatorze*, *quinze*, *dezaseys*, *dezasete*, *dezoyto*, *dezanove*, *duzentos*, *trezentos*. Verùm à *quatrocentos* usque ad *myl* scribitur *c*.

Vt sciatur quæ nomina in plurali desinunt in literam *s*, videatur regula 4.

Quod attinet ad posterius genus literarum, quæ sunt *g*, & *j*, reddunt hujusmodi consonantes eundem sonum, quando

quando junguntur duabus vocalibus *e*, *i*. nam idem sonat *ge*, atque *je*: idem similiter *gi*, atque *ji*: At longè dissimiliter sonant quando junguntur cum *a*, *o*, *u*. Nam *ga*, *go*, *gu*, diversum sonum reddit atque *ja*, *jo*, *ju*. Quare in hac secunda combinatione, ut scribatur *ga* vel *ja*, *go* vel *jo*, *gu* vel *ju*, sola auris distinguens optima regula erit.

Omnis difficultas est in prima combinatione, quando scilicet debeamus scribere *ge*, *gi*, quando *je*, *ji*, siquidem reddunt eundem sonum. Esto generalis regula, Latina lingua, ut quæ ab ea ducunt originem Lusitana vocabula servent eandem scriptionem, v.g. scribunt Latini *jejunium*, nos *jejum*, : illi *ingenium*, nos *engenho* : illi *origo*, nos *origem* : illi *regere* . nos *reger*.

Vnde juxta hanc regulam scribemus *gente*, *fugir*, *rugir*, *imaginar*.

Verùm si in Latino vocabulo mutaverimus vocalem, v. g. *e*, in *o*, manente eodem sono, compellemur mutare consonantem, v.g. habent Latini *Georgius*, nos quia mutamus vocalem *e*, in *o*, ut servemus pronunciationis sonum, scribimus *Jorge*.

Quia Latini scribunt *gigas*, nos scribimus *gigante*. Quia Latini nullam incipiunt vocem his litteris *ji*, nec nos incipimus, sed scribimus *ginete*, *ginjas*.

Nomina desinentia in *gem*, scribi debent cum *g*, verbi gratia. *Pagem*, *bagagem*, *lavagem*, *ervagem*, *fogagem*, *ferragem*, *penugem*, *babugem*. In verbis tamen scribetur *j*, *Sobejem*, *festejem*, *envejem*, quia hæc & similia talem literam habent, etiam quando jungitur cum *a*, v.g. *sobejar* : *festejar*.

In aliis dictionibus quæ non cadunt sub prædictam generalem regulam, & dubitatur verbi gratia scribendum ne sit *Herege*, an *Hereje*, vide dictionaria.

REGVLA VIII.

169 *Pro ſcribenda aſpiratione, ſeu litera* H *in lingua Luſitana.*

Aſpirationis. ſcriptio.

H. Apud Græcos & Latinos non eſt litera, ſed aſpiratio, quæ jungitur literis, ut modificet, vel excitet pronunciationem addendo vim proximiori vocali. Præcipuum habet valorem apud Caſtellanos, quibus inſervit loco characteris *f*, in vocibus, quas olim cum *f*, pronunciabant. Olim enim dicebant *Fazenda*, *Fijo*, *Fidalgo*, *Faro*: modo dicunt *Hazienda*, *Hijo*, *Hidalgo*, *Haro*.

Apud Luſitanos, quando imitamur Latinos, & ſcribimus talem aſpirationem ante vocalem, & poſt conſonantem, non habet magnam vim. Quia illam vix ſentimus pronunciando *Homem*, *herdeyro*, *honrado*, *rhetorica*, vel pronunciando *omem*, *erdeyro*, *onrado*, *retorica*. Ideoque non damnabo eos, qui ſine adſpiratione ſcripſerint dictiones, quas Latini acceperunt a Græcis, & nos à Latinis, quales ſunt *Philoſophia*, *Theologia*, ſi Luſitani ſcribant *Filoſofia*, *Teologia*.

Tertia perſona ſingularis præſentis indicativi verbi *ſum*, *es*, *fuit*, ſemper ſcribitur cum *h*, *He*, ut diſtinguatur ab *e*, conjunctione: non damnabo illum qui ſcripſerit *ê*, cum accentu circunflexo, vel acuto, pro *he*: quia ſic diſtinguetur ſufficienter à conjunctione.

Verbum anomalum *ir*, cum in omnibus modis ac temporibus conjungatur abſque *h*, in principio, tamen in præteritis imperfectis indicativi, conjunctivi, & infinitivi ſcribitur cum *h*, v. g. *hia*, como *hia*, que *hia*.

Non condemno ſcribentes cum *h*, verbum anomalum *haver*; obſervata origine, quam trahit à verbo *habeo*, *es*: qui tamen illud ſcribunt ſine *h*, in multis temporibus & perſonis, ſolùm debent illud ponere in ſecunda & tertia perſona ſingularis præſentis indicativi,

conjunctivi & infinitivi, & in tertia pluralis ejusdem temporis, & modi, v.g.*has*, *ha*, *ham*.

Sentimus manifestiùs dictam aspirationem in interjectionibus, quæ denotant lætitiam, timorem, admirationem: v. g. quando dicimus *hâ*, *hâ* significando lætitiam: quando illam ponimus post vocalem dicendo *ah*, *ah* significando timorem, vel quando dicimus *oh*,*oh* denotando admirationem.

Vtimur etiam *h*, absque ulla aspirationis vi ponendo ante illud triplicem literam *c*, *l*, *n*, sic *ch*, *lh*, *nh*, in quo triplici eventu experimur tres distinctas pronunciationes linguæ Lusitanæ proprias, quas Latini non agnoverunt. Ex quo facile adducor, ut credam *h*, apud Lusitanos quandoque esse aspirationem, sicut apud Latinos, quandoque esse veram literam, qua, quin aspiremus, distinguimus tres relatas pronunciationes, sentientes valde diversum sonum in *cha*,*lha*.*nha*.

Quare observandum est, quòd si Latini ponunt aspirationem post *c*, ut in vocibus *charitas*, *chorus*, ac similibus, Lusitani illam non ponamus: quia sic vitabimus diversum sonum, qui redditur à lingua Lusitana pronunciatis *charidade*, *choro*. Est enim apud Lusitanos magna diversitas inter has voces *caco*, *cacho*: *marca*, *marcha*, solum ob additum *h*: proindeque si Latini scribunt *Charitas*, *chorus*, nos scribamus *caridade*, *coro*.

Ob eandem rationem, ut conformemus Lusitanum sonum cum Latino in syllabis *cha*, *chó*, *chu*, auferemus *h*, & ubi Latini ponunt *che*, *chi*, ponemus *que*, *qui*: idcirco dicunt Latini *chelidonium*, nos dicemus quelidonio: dicunt illi *monarchia*, nos dicemus *monarquia*.

Hæ syllabæ *lha*, *lhe*, *lhi*, *lho*, *lhu* sunt Lusitanorum adeo peculiares, ut cum Castellani illarum amplectantur pronunciationem, fugiunt tamen scriptionem. Supplent illi *h*, cum secundo *l*, scribentes duplicatum, proindeque cum nos dicamus *Castelhanos*, dicunt illi *Castellanos*. Mutant etiam illud in j, v. g. dicimus nos *trabalho*, dicunt illi *trabajo*: dicimus semelhança, dicunt illi *Semejança*.

Ex his noſcitur, quòd ut Caſtellani nos fugiant, etiam Latinos fugiunt, quando Latini ſcribunt duplicatum *l.* v.g. dicunt Latini *Tullius, ſylaba*, demum illi *l.* & ſcribunt *Tulio, ſyllaba*: quia ſi non demerent, voces illæ ſonarent quod apud nos ſonaret *Tulhio, ſylhaba.*

Eſt valde peculiare Luſitanorum ſcribere *h*, poſt *n*, *nha, nhe, nhi, nho, nhu.* v.g. in vocibus *manha, pinheyro, grunhir, penhor, nenhum.* Vt vero Caſtellani ſemper nos fugiant, loco *h*, quod illi expreſſè pronunciant, ponunt poſt *n*, vel apicem, vulgo til, vel aliud *n*, quia pro *ninho* ponunt *niño*, vel *ninno.*

Notetur ſcribendam eſſe aſpirationem ante ypſilon Græcum in principio dictionum, v.g. *Hydropico, Hypocrita.*

REGVLA IX.

170 *Pro ſcriptione & uſu illorum ſignorum quæ dicimus accentus, & viracentus.*

Accentuũ regula. Accentus vox derivata à verbo *accino, is*, idem valet atque tonus, quo ſyllaba in unaquaque dictione elevatur, vel deprimitur: aut ita vniformiter pronunciatur; ut nec elevetur, nec deprimatur.

Triplex numeratur accentus, ſcilicet acutus, gravis, circunflexus. *Acutus* elevat vocem, & poſitus ſuper literam habet hanc figuram *á*: *gravis* deprimit, & ponitur ſic *à*; *circunflexus* participat ab utroque & ponitur ſic *â*.

Accentu acuto (ut videre eſt apud Annalia, & Breviaria correctiora) utuntur Latini in omni ſyllaba prædominante cujuſcunque dictionis excedentis duas ſyllabas: quia voces monoſyllabæ, vel diſſyllabæ carent accentu acuto, quem apud Luſitanos ſolum admittunt quando cum aliis vocibus æquivocantur. Syllaba prædominans appellatur illa, quæ habet ſonum magis elevatum, ſicut in hac voce *creator*, litera *a*, plus ſonat, & ideo eſt ſyllaba prædominans,

ideoque

ideoque accentum acutum recipere debet, in voce *creátor.*

Est tamen notandum non esse idem syllabam prædominantem, atque syllabam longam. Quia potest syllaba esse brevis, & simul prædominans, & ut talis subire accentum acutum: v. g. *matéries* habet primum *e*, correptum, & tamen est prædominans. Idem cernitur in voce *Dóminus* habente primam brevem, sed prædominantem, & ideo accentu acuto notatam.

Accentu gravi vtuntur Latini ad distinguendas dictiones, quando una æquivocatur cum alia, v. g. *optime* potest esse casus vocativus nominis *optimus*, & potest esse adverbium: si hoc sit ut dignoscatur, recipit in ultima accentum gravem, hoc modo *optimè*, & sic de cæteris.

Regula generalis est usum hujus accentus non dari, nisi in ultimis ad similes distinctiones. Adde similes ultimas semper esse breves in pronunciatione: quia generalis etiam regula est nullam dictionem Latinam in ultima pronunciari longam. Ex quo apparet errare illos, quia adverbium *aliàs* in ultima longum pronunciant, quamvis usus juristarum videatur prævaluisse contra Grammaticam. Ortus fuit talis error ex ignorantia accentuum. Si enim juristæ dignoscerent, intelligerent esse accentum gravem qui deprimit, & non acutum, qui attollit: ideoque positus fuit non in ordine ad pronunciandum, sed in ordine ad distinguendum adverbium *aliàs* à nomine *alias* in accusativo pluralis.

Accentus circunflexus quando ponitur in secunda vel penultima syllaba habet eandem vim, quàm accentus acutus: nam eodem modo sonum attollit: est tamen discrimen, quia frequentior illius usus datur, quando ultima syllaba brevis est, v. g. *Pietâte*, ubi in penultima vides circunflexum, quia ultima brevis est: secùs in *Pietátes*, est enim ibi acutus, quia ultima longa est. Hoc cernitur in Missalibus, & Breviariis magis correctis.

Vtimur etiam accentu circunflexo in ablativis desinentibus in *a*, præcipuè quando retro non manet præ-

positio, v.g. *Emi librum uncia.* Notetur tamen quod (ut jam diximus) hujusmodi accentus in his ablativis non elevat pronunciationem, juxta generalem regulam supra assignatam, scilicet nullam dictionem Latinam pronunciari longam in ultima.

Quæ hactenus diximus de accentibus, locum præcipuè habent in lingua Latina ad ipsius usum, & perfectionem: & maximè observari debent ab studiosis: nam ob eorum ignorantiam vel negligentiam rari sunt qui Latinam Orthographiam apprimè teneant.

Veniamus ad usum accentuum in lingua Lusitana. Illis uti debemus in dictionibus, quæ cum sint omninò diversæ, scribuntur iisdem characteribus: tunc enim oportet petere distinctionem ab accentibus, v. g. scribemus cum accentu acuto pœnultimam præteriti plusquam perfecti, *amára, léra, ouvíra*, scribemus autem cum eodem accentu ultimam futuri, *amará, lerá, ouvirá.*

Similis nobis erit usus circa nomina, in quibus ponere distinctionem oportet, sicut in hac voce *cór*, pro voluntate, quæ notabitur accentu acuto, ut distinguatur à dictione *cor*, id est color. Similiter in verbo *fazer*, quando usi fuerimus illius tertia persona præteriti *fez*, ut distinguamus à nomine *féz*, Latinè fex, id est *borra.*

Quód attinet ad alteram regulæ partem de *viraccento*, quem Græci referunt inter accentus, & vocant *Apostrophum*: at in re accentus non est, sed solum nota vocalis, quæ demitur, seu eliditur in fine vocis, per Græcorum figuram, quam Latini appellant *Synalæpham*, cujus usus est, quando vox desinens in vocalem immediatè anteceditaliam, quæ per vocalem incipit. Et tunc *Apostrophus* ponitur sic *d'ouro, d'arroz, d'ovos.*

Apostrophus. Hic *viraccentus*, seu *Apostrophus*, ponitur necessariò in carmine ad vitandum hiatum oris. Lusitani etiam in oratione soluta utuntur frequenter apostropho, quando propositio *de* jungitur dictionibus incipientibus per vocalem: v. g. scribunt *d'Evora, d'Elvas, d'armas:* Et hac forma scribendum est, ne confundantur dictiones, sicut aliqui confundunt scribentes, *douro, delvas, darmas*: & alij pejus scribentes, *Nam mouves : nam touço*, cum deberent scribere, *Nam m'ouves : Nam t'ouço.*

Quare

Quare semper ponemus viraccentum super ultimam consonantem dictionis, ita ut maneat loco vocalis hac forma *d' m' r' s'*. Moneo tamen opus non esse viraccentu in vocibus quas jam ex usu pronunciamus tanquam unam, & non tanquam duas: v. g. *Nesta*, *desta*, Quia nòs nunquam pronunciamus *Na esta*, *Da esta*, proindeque opus omninò non est scribere, *n'esta*, *d'esta*. Solum igitur ponemus viraccentum in iis quæ subeunt unam, & alteram pronunciationem, ut *d'Evora*, *d'Elvas*, *d'armas*, & similibus.

REGVLA X. 171

Pro usu apicis, quem vulgò dicimus til.

Til, quem aliqui volunt significare titulum, non est in rigore litera, quamvis aliquando suppleat literam *m*, sed est apex, seu brevis linea quæ posita supra dictiones quandoque literas aliquas supplet. Til scribendum.

Compellimur in lingua Lusitana uti hoc apice, ut conformemur secundæ regulæ, quam initio hujus Orthographiæ præscripsimus, scilicet voces diversæ significationis semper esse scribendas aliqua diversitate. Ex quo infertur necessarium esse usum huius apicis, quando scribimus *maõs*, id est *manus*, ut distinguamus à *maos*, id est *iniqui*: quia aliter manebunt confusæ hæ dictiones.

Celebris est contentio inter peritos Lusitanæ linguæ circa usum hujus terminationis *aõ*, & *am* sive in nominibus, v. g. *perdigaõ*, *perdigam*, sive in verbis *amaraõ*, *amaram*: quænam ex duabus terminationibus sit aptior? Non audeo damnare modum terminandi in *aõ*, utpote communiorem: sed valde propendeo in alium, ut nempe fiat terminatio in *am*: quam opinionem mihi vehementissimè duo suadent.

Primum est, quia si terminemus in *am*, observabimus ad unguem primam & fundamentalem regulam nostræ orthographiæ, qua tenemur scribere eo modo, quò pronunciamus: quia autem terminant in *aõ*, non pronunciant

nunciant quidquid ſcribunt : quia apex ille *til*,habet(ut ſupra diximus) vim literæ *m* , proindeque idem valet *aõ* , atque *aom* , & hi tres characteres , ſi omnes pronuncientur , reddent ſonum valde diverſum à vulgari pronunciantium *não* : eſſet enim ſonus reſpondens his quatuor literis *naom* , ſiquidem til illud valet idem atque *m* ,

Secundum meæ opinionis fundamentum eſt , quia Latini à quibus noſtra lingua trahit originem , non terminant ſuas voces in *aõ*, ſed in *am* , ſive in nominibus, *muſam* , *palmam* , ſive in verbis *legebam* , *audiebam*, ſive in aliis vocibus , *nam* , *poſtquam*. Eſt igitur conſonum , ut qui à Latinis accepimus dictiones , ab illis earum ſcriptionem accipiamus. Præterea ſi ſcribamus *aõ* , manebimus expoſiti magnæ confuſioni , nec poterimus aliquo ſigno vel accentu diſtinguere in verbis ultimam perſonam pluralis præteriti ab ultima perſona pluralis futuri , v.g.*entraraõ* de præterito ab *entraraõ* de futuro : quia apex ille , ſeu *til* , impedit diſtinctionem faciendam per accentum in ultima. Hujuſmodi autem neceſſaria diſtinctio non impeditur per terminationem in *am* , ut manifeſtum eſt.

Hac igitur forma Luſitani ſimiles Latinis facilè poſſumus reſpondere Caſtellanis qui nobis paſſim exprobrant frequentem terminationem in *am*, noſtræ linguæ, eam ut ſic velut rudem & craſſam objurgantes,& è contra commendantes ſuam , quæ ſuaviter & ſubtiliter ſua vocabula terminat in *an* , ponendo *n* , ubi nos ponimus *m* : nos enim dicimus *amam* , illi dicunt *aman*.

Reſpondemus igitur hoc ita eſſe , ſed ex hoc manifeſtè conſtare Latinis plus aſſimilari Luſitanos quàm Caſtellanos. Latini enim ſuas omnis generis dictiones frequentiſſimè terminabant in *am* , v.g. *Muſam*, *famam*, *amabam* , *coràm*. Quare Luſitanos non pudet quòd plus Latinis , præcipuè Romanis quàm Caſtellanis aſſimilentur.

Accedit , quòd jam olim Græci hanc eandem terminationem in *am* , exprobrabant Latinis tanquam rudem & craſſam. Cui objectioni ſubtiliter & eleganter reſpondit.

respondit Quintilianus lib. 12. cap. 11. *Non possumus* (inquit ille) *esse tam graciles: simus fortiores: subtilitate vincimur: valeamus pondere.* His iisdem verbis possumus facere satis respondendo nostris æmulis. Fatemur Castellanos esse nobis subtiliores & graciliores in loquendo, dummodo illi, & nationes aliæ fateantur nos esse graviores,& fortiores.

Nec videatur alicui nova & singularis hæc mea sententia admittendi terminationem in *am*, & excludendi in *aõ*. Quia illam expressè docuit P. Antonius Velez in comment.artis Emanuelis,& observatur in impressionibus librorum magis correctis. Illam enim observarunt viri peritissimi linguæ maternæ assistentes impressionibus suorum librorum, quales sunt Patres Ioannes de Lucena, Balthazar Telles, & Emanuel Monteyro: est etiam multorum in literis humanioribus insignium, quos consului.

Vtemur præterea apice illo *til*, quando opus fuerit, v.g. in nominibus, quæ cum ad finem reddant sonum literarum *a*, & *m*, in neutram desinunt, qualis dictio *Irmãa*, id est soror: item *maçãa*, *avelãa*, *lãa*, *menhãa*, *Christãa* ut distinguatur à voce *Christam*. Quæ nomina etiam in plurali recipiunt til: *Irmaãs*, *maçaãs*, *avelaãs*, *laãs*, *menhaãs*, *Christaãs*. Quod procedit etiam in vocalibus diversi generis per *til*, jungendis, vt *Irmaãs*, *escrivaẽs*.

Volunt aliqui in supradictis nominibus *irmaã*, *maçàa* ponendum esse unicum *a*, cum accentu acuto, v. g. *irmá*, *maçá*: falluntur tamen., quia tunc confundentur nomina *caã*, & *laã* cum adverbiis *cá*,& *lá*, quæ solum distincta erunt, si dicto modo scribantur, v.g. quando dicitur: *Cà està a caã: là està a lãa*, subeunte duplici *a a*, talem apicem, seu *til*. Notetur etiam quod supra diximus, *til*, habere vim literæ *m*, unde qui scripserit *irmã*, non sororem, sed fratrem, nempe *irmam* significabit.

Hæc nomina *huma*, *alguma*, *nenhuma*, etiam admittunt *til*, loco *m*, & sic scribuntur *huã*, *alguã* *nenhuã*: quia *til*, pro *m*, ponitur.

Vtimur etiam *til*, in abreviaturis, v. g. loco *Fernandez*

nandez ad extenſum, ponimus *Frz*, loco *Gonçalvez* ponimus *Glz*, loco *Rodriquez* Roïz. cum *til*, in omnibus.

---

171 REGVLA XI.

Pro uſu harum literarum ij, uv, *quanam ſint vocales: quanam conſonantes,*

Scriptio ij, Vu,

NOn obſtante quod vulgo ignoranter fertur has literas *i*, *u*, quandoque eſſe vocales, quandoque conſonantes, mihi perſpicuum eſt oppoſitum, non duplicem, ſed quadruplicem eſſe literam, quæ ſicut habet diverſam naturam, ſic diverſam figuram ſubire debet.

Quod attinet ad priores, dico eſſe duas literas, *i*, vocalem, & *j*, conſonantem, quam nonnulli appellant *je*, Vocalis *i*, præter diverſam figuram, quam ſubit, conſtituit ſyllabam, v. g. in his vocibus *ira*, *imagem*; Conſonans *j*, præter diverſam figuram, habet diverſam naturam, quæ eſt ferire ſequentem vocalem, v.g. in iis dictionibus *jeſmim*, *jejuar*, *jarro*. Notetur quòd quando ponitur initio alicuius nominis proprij: v. g. *Ioam* ſcribi *I*, magno, quod caret puncto.

Ex quibus patet Latinos non rectè ſcripſiſſe hactenus eadem figura utramque hanc literam, v. g. in hac voce *iudicio*. Dixi (hactenus) quia jam hodie apparet hic error retractatus in miſſalibus, & breviariis Plantinianis novioribus.

Inſuper patet ex dictis qualiter diſtinguatur utraque hæc litera conſonans & vocalis ab ypſilon Luſitano *y*, Quia cum noſtrum *ypſilon* ſit quædam ſemivocalis proindeque inſufficiens ad conſtituendam ſyllabam) ideoque jungenda vocali cum qua in unam ſyllabam) coaleſcat, v.g. *pai mãy*, manifeſtè diſtinguitur ab *i*. utpote vocali completa: ut patet in his vocibus *cayado*, *caidos* Diſtinguitur etiam ab *j*, conſonante & utraque diſtinctio patet in triplici hac voce *cajado*, *cayado*, *caido* ubi apparet diverſitas ex triplici j, *y*, *i*.

Dixi

Dixi (ab ypsilon Lusitano) quia ypsilon Græcum, cum sufficiat ad constituendam syllabam ut patet in his dictionibus *Hydropicus*, *mysterium* sola figura distinguitur à nostro *i*, vocali.

Quod attinet ad posteriores, dico esse duas, alteram vocalem, alteram consonantem, & hanc dicendam, esse *ve*. Hæ igitur (ut diximus de prioribus) sunt duæ literæ distinctæ non solum natura: siquidem vocalis per se valet, & reddit sonum instar ululatus lupi *u*: consonans præter diversitatem sonandi, quam habet, ferit vocales immediatas, v.g. *vas*, *ves*, *viste*, *vou*, *vulto*: sed etiam figura: vocalis enim semper scribitur sic *u*, & consonans sic *v*.

Dixi (semper) vt vitetur error illorum, qui sive talis litera sit consonans, sive vocalis, scribunt initio dictionis *v*, & in medio *u*, v.g. *viuer*, *valuerde*: quæ scriptio incohærens est: ut enim servetur perfecta cohærentia, tam initio, quàm medio scribi debet eadem figura *v*, siquidem in utroque loco servans eandem naturam, servare debet eandem figuram: proindeque scribendum, *niver*, *valverde*.

Multum inserviet hæc regula pro vitanda confusione tum apud Latinos, tum apud Lusitanos. Nam qui viderit scriptum *vivo*, & *uivo* dicet prius esse verbum significans exercitè vitam, & secundum significare ululatum lupi. Verum est quòd juxta regulam 12. quam statim ponemus, scribendum est ypsilon in voce *uyvo*, *uyvar*.

Iuxta hanc regulam Lusitani scribemus *uva*, & non *vua*: *uvre*, & non *vure*: *lavra*, & non *laura*.

Item apud Latinos intelligetur *solui* cum *u*, vocali esse præteritum verbi *soleo*: & *solvi* esse præteritum verbi solvo: similiter *calvi* spectare ad verbum *calvo*, *is*, & *calui* ad caleo, es: itèm *volui* ad *volo*, & *volvi* ad *volvo*.

Hâc ratione cum dictiones maneant distinctæ, manet hæc regula conformis regulæ secundæ quam statuimus pro lege generali rectè distinguendi scripta, & tollendi confusionem.

REGVLA

REGULA XII.

173

Pro convenienti usu scriptionis in Ypsilo Lusitano, & Ypsilo Graco.

Ypsilorum scriptio. QVotiescunque litera *i*, ponitur ante vel post vocalem, & illa in se nec est vocalis, nec sufficiens ad constituendam syllabam, scribitur hoc modo *y*, & est nostrum Ypsilon Lusitanum, v. g. *Rey*, *ley pay*: & idem servandum est in pluralibus, v. g. *Reys*, *leys*, *pays*. Idem in medio dictionum, ut *Mayo*, *Payo*, *Cayado*, *Pereyra*. Idem in ultimis v. g. *Mortays*, *andays*, *fereys*.

Pro maiori intelligentia hujus regulæ dixi [ponitur ante, vel post vocalem] quia opus est ut cum tali vocali componat diphthongum Lusitanum, ut cernitur in vocibus exemplorum, & quæ supra posuimus ad explicationem regulæ 5.

Dixi [& illa in se non est consonans] quia si fuerit consonans, sicut diversam habet naturam, ita diversam sortitur figuram v. g. in his vocibus *cajado*, *vejo*, Dixi [nec sufficiens ad constituendam syllabam] quia si ad hoc sufficiat, scribetur *i*, parvo, ordinario, sive in ultima vocabuli *vi*, *corri*: sive in medio *caido*, *combaiido*.

Inserviet hæc regula ad vitandam confusionem in Lusitanis dictionibus, ut manifeste cernitur in his vocabulis *cayado*, *cajado*, *caido*, ut ostendimus reg. 11. quæ aliqui confundunt omnia scribentes eodem *i*, Et quidem cum *y cayado* significat quod calce illitum est, cum j, *cajado*, significat baculum pastoritium, & cum i, *caido* significat quod stratum est.

Litera *y*, potest aliquando esse perfecta vocalis, & constituere syllabam, si ponatur in dictionibus, quas Latini à Græcis acceperunt, & nos ab utrisque, v. g. *syllaba*, *sylva*, *estylo*. Verùm hoc Ypsilon est propriè illud, quòd vocamus Græcum, & diversum à Lusitano. Nam Lusitanum semper jungitur literæ vocali, cum qua perfectam syllabam constituit, non ita Græcum.

Notetur.

Notetur supra *y*, non figi punctum, ut jam notavimus.

REGULA XIII.

Pro usu huius literæ ç quæ infra habet plicam. 174

Litera ç plicata, qualem exhibemus, reddit longè diversum sonum ab eo, quem reddit *c*, sine plica, quando jungitur vocalibus *a, o, u*, quæ proinde habet vim literæ *q*. Verùm eundemmet sonum reddit cum plica, & sine plica quando jungitur vocalibus *e*, *i*. & tunc scribi debet sine plica, utpote superflua. Plica ſeſk pto.

Prior hujus regulæ pars manifestè patet in his dictionibus *barca & barça*, *forca & força*, *capa*, & *çapa*, *copa & çopa*, *cuba & çuba*. Posterior in his *ceyra*, *cingir*, quæ eodem modo sonant, ac si in illis poneretur ç cum plica *çeyra*, *çingir*. Igitur his & similibus plicam addere non solum est superfluum, sed erroneum.

Difficultas maior est discernendo cognoscere quando scribetur ç plicatum, & quando s. duplicatum ss, cum hæc duplex scriptio reddat eundem sonum. Prima & generalis regula sit confugere ad Latinitatem, ita ut quando Latini cum s, faciunt vocales *o*, *u*, non utamur ç sed s. v.g. scribemus *massa* quia ita scribunt Latini, & non *maça*; scribemus *passo* & non *paço*, *Çonsul*, & non *Conçul*.

Si dictiones fuerint omninò Lusitanæ, initio scribentur ç v. g. *çapa*, *çotam*: item in medio *caçaca*; *caçote*, & in ultimis nominum desinentium in *aça*, *eça*, *iça*, *uça*, ut *ameaça*, *cabeça*, *cortiça*, *carroça*, *carapuça*. Idem de finitis in *o*, ut *andaço*.

Idem procedit de finitis in *ança*, *ença*, *inça*, *onça*, *unça*, v. g. *fiança*, *avença*, *distrinça*, *gerigonça*, *junça*. Idem quando similia definunt in *ço*, ut *riçanço*, *lenço*, *painço*, *esconço*, vel in *uço* ut *buço*. Idem quando finiuntur in *arça*, *erça*, *orça*, *urça*, ut *farça*, *verça*, *corça*,

camurça : vel in *o* ut *cadarço*, *berço*, *corço*, *maſturço*. Idem de finitis in çam,ut *raçam*,*ouçam*,

Notetur tamen quod,ſi Luſitanæ voces aliquo modo ducant originem à Latinis ſcriptis per *s*, eodem *s*, ſcribendas eſſe. Vnde non ſcribetur *çugidade*, ſed ſugidade, qui deſcendit à Latina voce *ſordes*. Non ſcribetur *verço*, ſed *verſo*, quia deſcendit à *verſus*: nec *defença*, ſed *defenſa*, quia venit à *defenſio* : nec *poçam* ſed *poſſam*: quia venit à *poſſum*. Semper ſcribetur *Sam* vel ſit nomen, vel ſit verbum : quia nomen venit à *ſanus*, verbum venit à *ſunt*.

---

175 REGVLA XIV.

Pro uſu, & ſcriptione harum vocum per, por, pelo, polo.

Ingens confuſio paſſim reperitur in uſu harum vocum *per* & *por*, accepta una pro alia frequenter, cum natura & ſignificatione differant. Sunt duæ præpoſitiones, quas accepimus à Latinis *per*, & *pro*, præpoſitiones habentes diverſam naturam, & exigentes diverſum caſum.

Itaque utemur præpoſitione *per*, & non præpoſitione *por*, quando voluerimus indicare medium gerendi aliquam rem, ut quando dicimus *Eu vos moſtrarey per razões evidentes. Eſte livro foy compoſto per Virgilio.* Quia Latini dicunt. *Ego tibi oſtendam per rationes evidentes. Hic liber fuit compoſitus per Virgilium.* Et idem in reliquis quæ Latini dicunt præpoſitione *per*.

Verùm noſtro *por*, debemus uti loco præpoſitionis Latinæ *pro*, v. g. quando dicimus, *Eu vos tenho por amigo. Eſta cidade eſtá por el Rey. Trocayme eſte cavallo por outro.* Quia in his orationibus utuntur Latini *pro*: v. g. *Habeo te pro amico. Hæc civitas ſtat pro Rege. Commuta mihi hunc equum pro alio.* Vnde abuſivè dicetur. *Eu vos tenho per amigo. Eſta cidade eſtá per el Rey. Trocayme eſte cavallo per outro.*

Aliquando

Aliquando ponitur eadem præpositio *por* loco Latinæ *propter*, ut cernitur his exemplis: *por aver grande tempestade, nam navègo.* Dicunt Latini *propter magnam tempestatem, quæ datur, non navigo.* Dicit quis Lusitanus *Farey isto por vôs*: dicunt Latini, *Faciam hoc propter te.*

Est adhuc discrimen, quod quando utimur præpositione *por* loco præpositionis *propter*, illi jungimus nomen *amor*, vel *causa*, v. g *por amor das nevas nam passo os Alpes. Por amor dos Turcos, ou por causa dos Turcos, nam passo o mar.* Vtimur hoc circumloquio ut nos explicemus: quia Lusitana Lingua caret voce, qua exprimat omninò Latinam præpositionem *propter.*

Eundem ordinem servare debemus in usu dictarum præpositionum, quando causa pronunciationis rectius sonantis jungimus *por* articulis *o*, *a*, mutantes *r*, in *l*, & sic dicimus *Polo amor de Deos. Pola honra.*

Simili ratione jungimus nostrum *per* dictis articulis *o*, *a*, quando dicimus. *Pelo caminho. Pela terra.* Et quia ex compositione, quam facit *por* cum *o*, vel cum *a*, nascitur *Polo*, *pola*: & ex compositione quam facit *per* cum *o*, vel *a*, mutato *r*, in *l*, nascitur *Pelo*, *pela*, manifestè colligitur has voces scribendas esse simplici *l*, quod succedat *loco r.*

INDEX RERVM.

Prior numerus paginam, posterior numerum designat.

Anomalum

Q

R

S

Scriptio

T

FINIS.